

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google

4° H. Eccl.
843
(Vol. V)

Würdtwein

Digitized by Google

<36623700850011
<36623700850011
Bayer. Staatsbibliothek
Digitized by Google

Ug^{10} 5512°

Digitized by Google

THVRINGIA ET EICHSFELDIA MEDII ÆVI ECCLESIASTICA IN ARCHIDIACONATVS DISTINCTA

COMMENTATIO I

DE

ARCHIDIACONATV PRÆPOSITI ECCLESIAE COLLEGIATÆ B. MARIÆ VIRGINIS ERFORDIENSIS

IN

COMITATV KEVERNBERG

EX

DOCVMENTIS AVTHENTICIS

ERUTA

A

STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN

EPISCOPO HELIPOL. SVFFRAGANEO WORMAT. &c.

MANNHEMII

TYPIS ACADEMICIS

MDCCXC.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

STEPHANI ALEX. WVRDTWEIN

EPISCOPI HELIOPOL. SVFFRAGANEI WORMAT. ETC.

DIOECESIS MOGVNTINA

IN

ARCHIDIACONATVS

DISTINCTA

COMMENTATIO XI

DE

ARCHIDIACONATV

PRÆPOSITI ECCLESIAE

COLLEGIATÆ B. MARIÆ VIRGINIS

ERFORDIENSIS

IN

COMITATV KEVERNBERG

EX

DOCVMENTIS AVTHENTICIS

ERVTA.

MANNHEMII
TYPIS ACADEMICIS
MDCCXC.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Peragravimus huc usque vaſtiſſimam dioeceſin Moguntinam, ejusdemque Archidiaconatus in pagis Rhenano, Hunesrüch, Navenſi, Wormatienſi, Moynigowe, Rottgaw, Bachgau, Plumgaw, in ſylva Odoniana, Tubergaw & per ſylvam Spechteshart, Nithagewe, Kunigeshundra, Einriche, Logengaw, Wettereiba atque in Haſſonum pago longe latéque diffuſos inviſimus.

Scopus peregrinationis noſtrae erat, fines ſupra fatae dioeceſis, prout exeunte medio aevo adhuc extiterant, paulò curatiùs inveſtigare, ipſamque dioeceſin diplomatibus chartisque authenticis illuſtrare.

Cur autem hanc prae aliâ ſelegerimus theſin noſtram demonſtrandi viam, pateat breviter ex iis, quae ſequuntur. Antiquiſſima eſt Germaniae diviſio in pagos & comitatus, queis praefuère comites.

Juxta hoc inſtitutum civile & politicum ſuas epiſcopi dioeceſes diviſerunt in archidiaconatus, queis plerumque praefecti fuère eccleſiarum praepoſiti. *)

Ho-

---

*) Politica & eccleſiaſtica Thuringae diviſio ſubminiſtratur in *Gerſtenbergeri chronico Thuringico-Haſſiaco* apud *Ayrmann* pag. 119. „Darumb war das land in viere getheilt und die vier dinckſtüle „(ſedes

Horum munus erat praecipuum, viſitare quotannis eccleſias ſollicitudini ſuae commiſſas, inſtituere clericos, congregare ſynodos, emendanda corrigere, mulctas pro delictis imponere &c. ac ſuper omnibus hiſce actis & actitatis regiſtra inſtruere & protocolla.

Regiſtra haec archidiaconalia ſi ad unum omnia praeſto ſint, uno ſiſtitur complexu tota, quà latè patet, dioeceſis.

Hoc ductore filo pede ſecuro & inoffenſo pervenimus ad terras Thuringiae, dioeceſis Moguntinae partis non poſtremae, ampliſſimas, inibi eccleſias, prout medium aevum eas exhibuerit, ſollicitè perluſtraturi.

A vero tramite autem ne aberremus, ſedes hujus provinciae archidiaconales primò accedamus, digreſſuri inde ad eccleſias eisdem ſubjectas.

Ingrediamur nunc Erfordiam, quae Thuringae metropolis eſt.

§. I.

„(ſedes judiciariae, tribunalia) darin geſezt. Der erſte dinckſtul „ward geſezt, da nun *Gota* leit, in demſelben vierteil leit die „grafſchaft *Gleichen* und der geiſtliche ſtul *Erdorff*, den haben die „pfaffen gen Gota gelegt. Der andere ſtul ward gelegt und geſazt, da nun *Thumesburgk* leit, in dem vierteil leit die grafſchaft *Kirchberg* und der geiſtliche ſtul *Jecheburg*. Der dritte „ſtul ward geſazt, da nun *Weiſenſee* leit, in dem vierteil leit die „grafſchafft *Bichelingen* und der geiſtliche ſtul *Bebra*. Der vierte „ſtul ward geſazt, da nun *Buttelſtede* leit, in dem vierteil leit die „grafſchafft *Kefernberg*, und den geiſtlichen ſtul halten die pfafſen zu *Erfurt*. Dis heiſt *das alte land zu Doringen*. Confer. „*Falkenſtein Thüringiſche Chron.* 2. Buch, pag. 127 & 135.

§. I.

Gregorius II (a) & hujus nominis III (b), ſedis apoſtolicæ ſummi pontifices, Bonifacium (c) ad praedicandum pagano (d) Thuringiae (e) populo Evangelium ablegarunt.

a) Gregorius II. PP. univerſalem regebat eccleſiam ordinatus die XIX. Maji anno DCCXV. Ad eum Winfridus, dictus poſtea Bonifacius, cum litteris ex Anglia commendatitiis, à Daniele epiſcopo acceptis, Romam pervenit An. DCCXVIII, & ſequenti a dicto pontifice ad prædicandum infidelibus Evangelium mittitur. Epiſtola inter Bonifacianas ſecunda novæ editionis pag. 11 hoc miſſionis negotium ſic exprimit: „Experientes (ait Gregorius) te ab infantia ſacras „ litteras didiciſſe, profectusque indolem ad augmentum cre- „ diti cœlitus talenti proſpectu divini amoris extendere, vi- „ delicet, gratiam cognitionis cœleſtis oraculi in laborem ſa- „ lutiferæ prædicationis, ad innoteſcendum gentibus incre- „ dulis myſterium fidei inſtanti conatu expendere...... Ideo „ in nomine indiviſibilis Trinitatis per inconcuſſam auctorita- „ tem beati Petri apoſtolorum principis, cujus doctrinæ ma- „ giſterio fungimur & locum ſacræ ſedis adminiſtramus, mo- „ deſtiam tuæ religionis inſtituimus atque præcipimus, ut „ in verbo Dei, quo igne ſalutifero, quem Dominus mittere „ venit in terram, eniteri videris, ad quaſcunque gentes in- „ fidelitatis errore detentas properare, Deo annuente, potue- „ ris, miniſterium regni Dei per inſinuationem nominis Chri- „ ſti Domini Dei noſtri veritatis ſuaſione deſignes & per ſpiri- „ tum virtutis & dilectionis ac ſobrietatis prædicationem utri-

Digitized by Google

„ usque Teſtamenti mentibus indoctis conſona ratione trans„ fundas &c.

Peracto abhinc in laboribus apoſtolicis apud Thuringiæ & Friſiæ populos triennio, Romam redux noſter Winfridus ordinatus eſt epiſcopus, dictus deinceps Bonifacius. Epiſtola VII innuit, quod is Thuringos mox adierit, verbum Dei diſſeminaturus. Sic autem pag. 24. „Gregorius ſervus ſervorum Dei „ univerſo populo Thuringorum:... Ideo fratrem noſtrum „ ſanctiſſimum Bonifacium epiſcopum ad vos direximus, ut „ vos debeat baptizare & fidem Chriſti docere & ab errore „ ad viam ſalutis deducere, ut ſalutem habeatis & vitam „ ſempiternam.... Ei in omnibus obedite & ſicut patrem „ veſtrum illum honorate & ad ejus doctrinam corda veſtra „ inclinate, quia illum non pro lucro aliquo temporali acqui„ rendo direximus, ſed pro lucro animarum veſtrarum ad „ vos eum miſimus. Diligite ergo Deum & in nomine e„ jus baptiſmum ſuſcipite.... Recedite à malis operibus „ & agite benè. Non adoretis idola nec immoletis car„ nes.... In omnibus ſecundum quod frater noſter Boni„ facius docuerit, obſervate & agite, & ſalvi eritis vos & ſi„ lii veſtri in ſempiternum. Facite ergo & domum, ubi de„ beat ipſe pater veſter habitare, & eccleſias, ubi debeatis ora„ re, ut Deus vobis indulgeat peccata veſtra & donet vobis „ vitam perpetuam.

Quod primæ jam Bonifacii ad Thuringos miſſioni Deus benedixerit, ex ep. VIII, p. 25. elucet, ubi legimus: „ Viris „ magnificis Aſolfo, Godolao, Wilario, Cunthario, Albor„ do & omnibus Deo dilectis Thuringis, fidelibus Chriſtianis „ Gregorius Papa. Inſinuatam nobis (ore ſcilicet & cala„ mo referente Bonifacio) magnificæ fidei conſtantiam, „ agnoſcens, quod paganis compellentibus vos ad idola colenda,

„ lenda, fide plena reſponderitis, magis velle feliciter mori,
„ quam fidem ſemel in Chriſto acceptam aliquatenus violare,
„ repleti nimia exultatione grates debitas perſolvimus Deo
„ noſtro redemptori, bonorum omnium largitori, cujus gra-
„ tia comitante vos ad meliora... optamus proficere & ad
„ confirmandum fidei veræ propoſitum ſanctæ ſedis apoſto-
„ licæ religioſis mentibus adhærere & prout opus popoſcerit,
„ ſacræ religionis à memorata ſancta ſede apoſtolica, ſpirituali
„ omnium fidelium matre, ſolatium quærere, ſicut decet fi-
„ lios cohæredes regni; miniſterio quoque præſentis fratris
„ chariſſimi Bonifacii, quem ad vos epiſcopum conſecratum
„ in ſorte prædicationis deſtinavimus, apoſtolicis inſtitutioni-
„ bus informatum, ad inſtruendam fidem veſtram, in omni-
„ bus volumus & hortamur obedientes ei conſentire ad com-
„ plementum in Domino veſtræ ſalvationis.

Idem Gregorius PP. ad Alt-Saxones *) has monitiones paternas dedit in ep. IX, p. 25. „Annuntio vobis, quo-
„ niam prope eſt regnum Dei, ut nemo vos amplius decipiat
„ in ſublimitate verborum, aut in quocunque metallo ſalutem
„ veſtram quæratis, adorantes idola manufacta aurea, ar-

 „gen-

*) Omnis ille tractus in Holſatia & Jutiâ meridionali ſive Schleswico, Saxonia antiqua appellatur, eo quod terra iſthæc, ante Britonum ſubjugationem, genuina Saxonum ſedes fuerit, ex quâ hi Britanniam ſibi ſubjecerunt, ibidemque novam Saxoniam transmarinam fundarunt, quæ poſtmodum ab Anglis, natione itidem Nordalbingo-Saxonica, Angliæ nomen ſortita fuit. *Gundling* in *Gundlingianis* part. 6, ſect. 5. de hoc plura & rationem ſuppeditat, quare Gregorius PP. in epiſtola ſuperius memorata ſub nomine Alt-Saxonum denotârit Saxones in Weſtfalia? quia nimirum Alt-Saxones ſeu antiqui Saxones ex Holſatia in Francorum terras ad Viſurgim & Rhenum progreſſi, nomen antiquæ Saxoniæ ad tempus aliquod adhuc retinuerant. *Beſſelius* in *Chronico Gottwicenſi* lib. IV, p. 714.

„ gentea, ærea, lapidea vel de quacunque materia facta,
„ quæ falſidica numina a paganis antiquitus quaſi dii facti
„ ſunt, in quibus dæmones habitare noſcuntur.... Videte ne
„ quis vos amplius decipiat per philoſophiam & inanem fal-
„ laciam... Diſcedite ab idolorum cultura & accedite & ado-
„ rate Dominum Deum noſtrum.... Hoc etiam commoneo fra-
„ tres, ut quicunque ex vobis voluerit ad Chriſtum conver-
„ ti, nullo modo eum prohibeatis, nec vim ei faciatis, ſcul-
„ ptilia adorare. Miniſtrum quoque & conſervum in Domino,
„ quem miſi ad vos, Bonifacium fratrem & co-epiſcopum
„ meum ad hoc ipſum, ut cognoſcat, quæ circa vos ſunt, &
„ conſoletur corda veſtra, ſuſcipite, ut à diabolica fraude li-
„ berati mereamini adoptionis filiis aggregari.

b) Gregorii II. ſucceſſor hujus nominis III. PP. ad universos optimates & populum provinciarum, quos inter Thuringi primo nominantur loco, an. DCCXXXIX. dedit litteras amore paterno plenas, ut Bonifacio exhortanti obediant. Tenorem litterarum paucis complectimur: „ Quoniam, ait PP.
„ deceſſor noſter ſanctæ recordationis Gregorius præſul nutu
„ divino motus ad faciendam Deo plebem perfectam, præ-
„ ſentium litterarum Bonifacium, reverendiſſimum fratrem
„ noſtrum ac co-epiſcopum, ordinans ad vos usque deſtina-
„ vit.... & poſt temporum ſpatia orationis cauſa ad limina
„ beatorum apoſtolorum ſeſe præſentavit, & quæ ad ſalutem
„ animarum pertinent, à nobis expoſcit imbui.... Nos eum
„ edocentes, ad vos, chariſſimi, remeandum abſolvimus,
„ hortantes vos in Domino, ut digne ſuſcipiatis ab eo verbum
„ exhortationis, & epiſcopos vel presbyteros, quos ipſe ordi-
„ navit per apoſtolicam ſibi datam auctoritatem, in eccleſiæ
„ miniſterio recipiatis, & ſi quos forſan deviantes invenerit
„ a rectæ fidei tramite ſeu canonica doctrina, eosque prohi-
buerit,

Digitized by Google

„ hibuerit, a vobis nullo modo impediatur, & quod eis im-
„ poſitum fuerit, obediendo propter Deum ſuſcipiant.... Vos
„ autem, chariſſimi, qui in nomine Chriſti baptizati eſtis,
„ Chriſtum induiſtis, abſtinete ab omni cultu paganorum,
„ non tantum voſmet ipſos corrigentes, ſed & ſubditos veſtros.
„ Divinos vel ſortilegos vel ſacrificia mortuorum ſeu lucorum
„ vel fontium auguria vel phylacteria & incantatores & ma-
„ leficos & obſervationes varias, quæ in veſtris finibus fieri
„ ſolebant, omnino reſpuentes atque abjicientes, tota men-
„ tis intentione ad Deum convertimini, ipſum timete, adorate
„ & honorificate &c.

(c) Bonifacii natales, educationem, ſtudia, indefeſſos labores apoſtolicos & martyrium epiſtolis ejusdem inſeruimus à pag. 3 — 282.

d) Cum Theodoricus, Francorum rex, Herminefridum, Thuringorum regem, ad Oneſtrudin fluvium (*Unſtrut*) ingenti clade ſuperâſſet, Thuringiam ipſam occupavit poſt annum Domini DXXVII. Jacta jam tum fuêre in agrum Thuringicum Chriſtianæ religionis ſemina, quæ verò maximam partem cecidêre vel inter ſpinas vel in terram petroſam, & ſenſim exaruêre, tunc præſertim, cum Thuringia habenis Francorum excuſſis adjunxit ſe Saxonibus; ſicque ii, qui Chriſtiani eſſe cœperant, in idololatriam & errores priſtinos ſunt relapſi. Confer. *Caſp. Sagittarii antiquitates gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuringici*, Jenæ 1685. 4. Sed quæ ingratus auctor injurioſo ibi in Bonifacium calamo notavit, cautè legenda.

(e) Thuringia olim latiùs quàm hodie patebat, & cum Germania magna erat ſynonyma. Ad Danubium usque extenſa Franconiam complectebatur. De juniori ævo ait *Gottwicenſis* abbas p. 799: „Portio principalis antiqui ac ampliſ-
„ ſimi ducatus Thuringiæ, quæ penes Francos poſt factam
„ inter

„ inter eos & Saxones diviſionem remanſit, & ſub nomine „ *Suth-Thuringiae* vel Thuringiæ auſtralis cum ducatu Franciæ novæ ſeu orientalis conjunctæ, ſub adminiſtratione „ unius Franciæ ducis ſtetit, ubi è contra pars Saxonica ſive Nort-Thuringia, cum Saxonico ducatu connexa, nomen ſuum ut plurimùm perdidit, ac inter anguſtos limites „ ſpecialis pagi Oſtphaliæ ſeu Nort-Thuringiæ fuit concluſa.

§. II.

Bonifacius, ne pro meſſe multa & copioſa eſſent operarii pauci, plures ordinat eccleſiæ miniſtros (a), & ſedem epiſcopalem *Erfordiae* erigit (b), à Zacharia pontifice confirmatam. (c)

a) Ex ep. X, p. 27. elucet, qualiter Bonifacius in ordinatione miniſtrorum proceſſerit. Sic autem Gregorius II. PP. ibi reſcribit: „ Cui dedimus in mandatis, ne unquam „ ordinationes præſumat illicitas, ne bigamum aut qui virginem non eſt ſortitus uxorem, neque inlitteratum vel in „ qualibet corporis parte vitiatum aut expœnitentiæ vel curiæ aut cuilibet conditioni obnoxium, notatúmque ad ſacros ordines permittat accedere, ſed & ſi quos hujusmodi „ reperit, non audeat promovere. Afros paſſim ad eccleſiaſticos ordines prætendentes nulla ratione ſuſcipiat, quia „ aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati ſæpius ſunt probati.... Ordinationes verò presbyterorum ſeu diaconorum „ non niſi quarti, ſeptimi & decimi menſis jejuniis, ſed & in „ ingreſſu quadrageſimali atque medio, veſpere ſabbato ſacro „ noverit celebrandas.„ In ep. XV, pag. 41. idem Gregorius: „ Thuringis & Germaniæ populo ea, quæ ad animæ re-

„ ſpici-

Digitized by Google

„ ſpiciunt utilitatem & ſalutem ſcribere non obmiſimus, in-
„ ter alia: ut conſtruant epiſcopia (in quibus epiſcopi cum
clero ſuo penès eccleſiam cathedralem cohabitent) & eccle-
„ ſias condant, injungentes &c. In epiſt. XXV, p. 65. cum
Gregorius III. Bonifacio pallium archiepiſcopale transmiſit,
ſollicitè dicitur: „ Quoties epiſcopum conſecraveris, duo vel
„ tres conveniant tecum epiſcopi, ut Deo ſit gratum, quod
„ geritur, & eis convenientibus ipſisque præſentibus conſe-
„ cres.„ Quod cleri ſecularis & regularis copia pedetentim
accreverit, palam ſit ex ep. XLIII, pag. 94, quam Gregorius
III an DCCXXXIX. dedit, quaque Bonifacium commendat:
„ Dilectiſſimis nobis omnibus epiſcopis, venerabilibus pres-
„ byteris, religioſis abbatibus omnium provinciarum.

(b) Bonifacius in ep. LI, p. 106. Zachariæ pontifici in-
ſinuat: „ Neceſſe quoque habemus indicare paternitati veſtræ,
„ quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum per-
„ curſis vel correctis tres ordinavimus epiſcopos, & provin-
„ ciam in tres parochias diſcrevimus, & illa tria oppida ſive
„ urbes, in quibus conſtituti & ordinati ſunt, ſcriptis aucto-
„ ritatis veſtræ confirmari & ſtabiliri precantes deſideramus.
„ Unam eſſe ſedem epiſcopatus decrevimus in caſtello, quod
„ dicitur *Wirzaburg*, & alteram in oppido, quod nominatur
„ *Buraburg*, tertiam in loco, qui dicitur *Erphesfurt*, qui fuit
„ jam olim urbs paganorum ruſticorum. Hæc tria loca pro-
„ pria carta & auctoritate apoſtolatus veſtri roborari & con-
„ firmari diligenter poſtulamus, ut ſi Dominus voluerit, per
„ auctoritatem & præceptum ſancti Petri juſſionibus apoſto-
„ licis fundatæ & ſtabilitæ ſint tres in Germania epiſcopales
„ ſedes, & ut præſentes vel futuræ generationes non præ-
„ ſumant vel parochias corrumpere, vel violare præceptum
„ apoſtolicæ ſedis.

c) Annuit piiſſimis Bonifacii deſideriis Zacharias PP. qui illi in ep. LII, pag. 111 ita reſcribit: „Magnam cordibus „ noſtris infundis lætitiam, quoties nobis ſanctitatis tuæ „ ſcripta mittuntur, quando reperimus, quæ ad ſalutem re- „ ſpiciunt animarum, dum quotidie in gremio ſanctæ ma- „ tris eccleſiæ per tuam prædicationem novi populi addun- „ tur, ubi & tres epiſcopos per loca ſingula ſecundum ſe- „ riem ſyllabarum tuarum te ordinaſſe cognovimus, qui ei- „ dem populo, quem ſibi Dominus Deus noſter per tuam ſan- „ ctitatem aggregare dignatus eſt, præeſſe debeant, & pe- „ tiſti, ut per auctoritatem ſedis noſtræ epiſcopales ibidem „ ſedes firmentur. Sed tua ſancta fraternitas pertractet ma- „ turè & ſubtili conſideratione diſcernat, ſi expediat, aut ſi „ loca vel populorum turbæ talia eſſe probantur, ut epiſco- „ pos habere mereantur. Meminiſti enim, chariſſime, quòd „ in ſacris canonibus præcipimur obſervare, ut minime in „ villulas vel in modicas civitates epiſcopos ordinemus, ne „ vileſcat nomen epiſcopi; ſed nos tuis ſinceriſſimis atque à „ nobis dilectis ſyllabis provocati, quæ popoſciſti, absque mo- „ ra concedi patimur & ſtatuimus per apoſtolicam auctorita- „ tem, epiſcopales illic eſſe ſedes, quæ per ſucceſſionem „ epiſcopos mereantur, & populis præſint, atque verbum „ prædicationis ſubjectis inſinuent; id eſt, in caſtello, quod „ dicitur *Wirtzeburg*, & alteram in oppido, quod nominatur „ *Buraburg*; tertiam in loco, qui dicitur *Erpheſfurt* *); ita „ ut

*) *Eccardus Rer. Francic.* lib. XXIII, p 400 ſq. & p. 403 tenaciter aſſerit, epiſtolis LI & LII loco *Eichſtet* à librario Erfurtum eſſe intruſum, has minus firmas afferens rationes. Primò ait: eccleſiam Erfurti à S. Bonifacio conſtructam Liudgerus in vita b. Gregorii abbatis cap. 8 teſtatur. De epiſcopatu nemo veterum vel verbulum profert. Quodſi Eccardus noſtrum codicem epiſtolarum ſeculo

„ ut nulli poſt hæc liceat cuiquam hæc, quæ à nobis ſancita „ ſunt, quoquo modo violare, quæ auctoritate beati Petri „ apoſtoli firma eſſe decrevimus.

§. III.

Ad paganias (a) radicitus evellendas, veramque fidem & eccleſiæ diſciplinam firmiter ſtabiliendam concilia celebrantur (b), queis præſidet Bonifacius incertæ, tandem ſanctæ ſedis Moguntinæ archiepiſcopus (c).

a) Ex epiſtolis Gregorii II & III PP. ſatis apparet latiſſimum paganiſmi in Thuringia dominium. In ep. ad Zachariam PP. Erfurtum urbs paganorum ruſticorum compellata fuit &c. In concilio Germanico, auctoritate S. Bonifacii anno DCCXLII celebrato, inter alia ſtatuitur cap. V, ut epiſcopus cum comite provideat, ne populus paganas obſervationes faciat. Hæ paganiæ in ſynodo Liptinenſi, anno ſequente habita, ſic enumeratæ ſunt: I. De ſacrilegio ad ſepulcra mortuorum. II. De ſacrilegio ſuper defunctos, id eſt, *Dadſidas.* III. De ſpurcalibus in Februario. IV. De caſulis, id eſt, fanis. V. De ſacrilegiis per eccleſias. VI. De ſacris ſilvarum, quæ *Nimidas* vocant. VII. De his, quæ faciunt ſuper petras. VIII. De ſacris Mercurii vel Jovis. IX. De ſacrificio, quod fit alicui ſanctorum. X. De phylacteriis & ligaturis. XI. De fontibus

ſeculo IX. conſcriptum vidiſſet, in eoque *Erpheſfurtum* legiſſet, ſuam fortaſſis immutaſſet opinionem convictus, quod argumentum ſuum negativum planè nihil probet. Dein addit: quod Adelarius, quem Erfurtenſi ſedi præpoſitum ferunt, ab *Othlono* lib. 2, c. 21. presbiter tantùm appelletur & ſocius S. Bonifacii in martyrio. Adelarium ante ſuſceptum epiſcopatum fuiſſe presbyterum in aprico eſt. Sed Eccardus quoque l. c. p. 516. inquit, presbyterorum nomine comprehendi epiſcopos &c.

tibus ſacrificiorum. XII. De incantationibus. XIII. De auguriis vel avium vel equorum vel ex boum ſtercore vel ſternutatione. XIV. De divinis & ſortilegis. XV. De igne fricato, de ligno, id eſt *Nodſyr*. XVI. De cerebro animalium. XVII. De obſervatione pagana in foco vel inchoatione alicujus rei. XVIII. De incertis locis, quæ colunt pro ſanctis. XIX. De petendo, quod boni vocant S. Mariæ. XX. De feriis, quæ faciunt Jovi & Mercurio. XXI. De Lunæ defectione, quod dicunt, *Vince Luna*. XXII. De tempeſtatibus & cornibus & cocleis. XXIII. De ſulcis circa villas. XXIV. De pagano curſu, quem *Yrias* nominant, ſciſſis pannis vel calceis. XXV. De eo, quod ſibi ſanctos ſingunt quoslibet mortuos. XXVI. De ſimulacro de conſparſa farina. XXVII. De ſimulacris de pannis factis. XXVIII. De ſimulacro, quod per campos portant. XXIX. De ligneis pedibus & manibus pagano ritu. XXX. De eo quod credunt, quia fœminæ lunam commendent, quod poſſint corda hominum tollere juxta puganos.

Prolixam harum ſuperſtitionum commentationem dedimus in *epiſtolis Bonifacianis* pag. 126 — 136.

b) Argumentum canonum & ſtatutorum, quæ Bonifàcius pro eccleſiis recens fundatis in ſynodis condiderat, hic ſolum modò apponimus. Anno DCCXLII concilium Germanicum ſub Carolomanno, majore domus regiæ, celebratum hæc promulgari fecit capitula: I. De epiſcopis in Germania conſtitutis & de ſynodo ſingulis annis congreganda. II. Ut clerici arma non tractent, neque exercitum ſequantur, præter eos, qui ſacrorum cauſa electi fuerint. Item ut à venationibus abſtineant. III. Ut presbyteri parochiarum epiſcopo ſuo ſint ſubjecti & miniſterii ſui rationem illi reddant, paratique ſint ad illum in viſitatione ſuſcipiendum, illumque caſtitatis

vitæ,

vitæ, fidei & doctrinæ ſuæ teſtem habeant. IV. Ut ignoti epiſcopi ac presbyteri ſine probatione ad miniſterium non admittantur. V. Ut epiſcopus cum comite provideat, ne populus paganas obſervationes faciat. VI. De pœna clericorum vel monachorum aut monialium, qui in fornicationem inciderint. VII. Ut presbyteri & diaconi ſagis non utantur, ſed caſulis, & ut in domo ſua mulieres non habeant. Item ut monachi & moniales juxta S. Benedicti regulam vivere ſtudeant. *Epiſt. Bonifacianae* pag. 122, n. LVI.

Concilium Liptinenſe an. DCCXLIII hos refert canonum titulos. I. De prioris ſynodi canonibus communi conſenſu receptis & approbatis. II. De pecunia eccleſiaſtica ſub precario & cenſu in ſubſidium exercitus præſtanda. III. De inceſtis matrimoniis & ut mancipia Chriſtiana paganis non tradantur. IV. Ut qui paganas obſervationes in aliqua re fecerit, quindecim ſolidis mulctetur. Subſequitur dein indiculus ſuperſtitionum, quem ſupra not. a. attulimus. V. De ſabbathio. *Ep. Bonif.* p. 124, n. LVII.

Alia ejusdem archiepiſcopi eodem anno ſtatuta: I. Obediendum Romanæ eccleſiæ. II. Synodus congreganda ſingulis annis. III. Pallia pro metropolitanis à ſede Romana petenda. IV. Canonum decreta in ſynodo legenda. V. Metropolitanus intendat ſaluti animarum & venationes prohibeat. VI. Singulis annis in quadrageſima à quovis presbytero miniſterii ſui ratio reddenda epiſcopo. VII. Singulis annis ab epiſcopo diœceſis viſitanda &c. à metropolitano inveſtigandum in epiſcoporum mores & ſolicitudinem circa populos.

Capitularia circa annum DCCXLIV: I. De expoſito infante. II. De trigeſimis mortuorum. III. De muliere enixa. IV. De clericis, qui comam nutriunt. V. De ſacerdotibus qui demigrant. VI. De loco laicorum in eccleſia. VII. De ſervis cle-

clericorum. VIII. De invaſoribus rerum eccleſiæ. IX. De regula collectarum. X. De profeſſione ſacerdotum. XI. De teſtamento ſacerdotum. XII. De archidiaconis XIII. De compoſitoribus cantionum. XIV. De modo Sacramenti. XV. De libertis, ut non ſint teſtes. XVI. De commutatione. XVII. De fidejuſſore. XVIII. De perſonis judiciorum. XIX. De agnatis & cognatis. XX. De falſa moneta. XXI. De homicidis ad eccleſiam confugientibus. XXII. De latronibus. XXIII. De die Dominico. XXIV. De empto a fure. XXV. De alieno animali occiſo. XXVI. De compoſitione incenſæ domûs. XXVII. De via convicinali. XXVIII. De rebus commendatis incenſis. vid. *Epiſt. Boniſac.* p. 158, n. LXIII.

In concilio Sueſſione hoc anno celebrato hæc edebantur capitula: I. De fide Nicæna & canonibus antiquis toto regno promulgandis. II. De ſynodo ſingulis annis congreganda & Adalberto hæretico in ſynodo damnato. III. De epiſcopis per civitates ordinatis ſub archiepiſcopis Abele & Ardoberto. De monachis, & ut abbates contra hoſtes non eant, ſed homines mittant, & clerici à fornicatione, habitu laico & venatione abſtineant. IV. Ut laici fornicationem omnem, perjuria, falſa teſtimonia devitent, eccleſiamque tutentur, & ut presbyteri parochiarum epiſcopo ſuo ſint ſubjecti. V. Ut ignoti epiſcopi vel presbyteri ad miniſterium ſine probatione non admittantur. VI. Ut epiſcopi provideant, ne populus paganiſmum faciat, & ut legitimæ per civitates menſuræ ſint. VII. Ut Adalberti cruciculæ igni tradantur. VIII. Ut clerici extraneas mulieres domi non habeant. XI. Ut ſacratam fœminam vel propinquam nemo uxorem ducat, neque uxor viro ſuperſtite alterum accipiat. X. De transgreſſoribus horum canonum. *Epiſt. Boniſac.* p. 150, n. LXI.

Extant & alia S. Bonifacii ſtatuta: I. Presbyter eccle-

ſiam

Digitized by Google

ſiam ſuam ne derelinquat. II. Sacra myſteria in loco ſacro peragenda. III. Presbyter utatur altari ab epiſcopo conſecrato. IV. Ut presbyteri cum chriſmate, oleo benedicto & euchariſtia proficiſcantur. V. Chriſma benè cuſtodiendum. VI. Laici presbyteros non ejiciant de eccleſiis. VII. Laici non exigant munera à presbyteris propter commendationem eccleſiæ. VIII. Presbyteri benè vivant & ita populum doceant. IX. Epiſcopus in presbyteros ſuæ parochiæ diligenter inquirat. X. Presbyter epiſcopum ſuum non relinquat. XI. Abbates & abbatiſſæ caſtè vivant. XII. Epiſcopus provideat, ut vita regularis monachorum & canonica canonicorum ritè ducatur. XIII. Epiſcopus invigilet in monaſteria puellarum. XIV. Presbyteri ad miſſarum ſolemnia accedant monaſteria, dein ad proprias eccleſias redeant. XV. Ultra numerum certum canonici vel monachi non admittantur. XVI. Epiſcopus diligenter intendat officio presbyterorum ſuorum. XVII. Epiſcopus diſcutiat vitam & converſationem presbyterorum, qui in domo fœminas non habeant. XVIII. De adminiſtrando viatico. XIX. De mortuo ſuper mortuum non mittendo. XX. De curandis mortuis. XXI. De reverentia in eccleſiis obſervanda. XXII. Viri cum mulieribus balnea ne celebrent. XXIII. Presbyter in illo altari, ubi celebravit èpiſcopus, illo die non celebret. XXIV. De vigilia Paſchæ &c. XXV. De addiſcendo ſymbolo & oratione Dominica. XXVI. Qui ſymbolum & orationem Dominicam neſcit, è ſacro fonte ne levet infantem. XXVII. Presbyter calleat linguam parochiæ ſuæ. XXVIII. Si de baptiſmo cujusdam dubium oritur, ſub conditione baptiſmus eſt repetendus. XXIX. Presbyteri moneant fideles ad Sacramentum extremæ unctionis. XXX. Quatuor tempora a populo obſervanda. XXXI. De reconciliandis pœnitentibus. XXXII. De reconciliando pœnitente moribundo. XXXIII. De

pres-

Digitized by Google

presbytero ſuperſtitionibus dedito. XXXIV. De celebrando ſabbatho Penthecoſtes. XXXV. De divortio. XXXVI. Quænam feſta ſint celebranda? *Epiſt. Boniſac.* pag. 140, n. LVIII.

His aliisque ſaluberrimis circa fidem & mores ordinationibus inſtructa ſuffultaque cum aliis provinciis Thuringia è terra ſterili, dumis & vepribus horrida, in agrum fertiliſſimum commutari ac effloreſcere cœpit; Deus autem incrementum dedit.

c) Bonifacius ſub Zacharia PP. an. DCCXLV ſanctæ ſedis Maguntinæ archiepiſcopus eſt conſtitutus. vid. *Ep. Boniſ.* pag. 166, num. LXV, & iteratam confirmationem pag. 241, num. LXXXLVIII an. DCCXLVIII.

§. IV.

Eccleſiæ Erfordienſi (1) præpoſitus eſt Adelarius epiſcopus (2) ab anno DCCXLI (3)—DCCLV, quo martyrii coronam cum S. Bonifacio in Friſia obtinuit (4). Cum Adelario epiſcopatus iſte novus deſiit. (5) Ne verò Thuringis in cura animarum ſubſidii quidquam deeſſet, vel ipſi Moguntini archipræſules (6), vel qui eos in partibus Rheni adjuvabant (7), vel alii viciniores epiſcopi (8) ad id muneris rogati ævo ſubſequente diligenter exercuêre pontificalia, donec pro terris Thuringiæ, Haſſiæ & Saxoniæ peculiares proepiſcopi inſtituerentur. (9)

1) Zacharia an. DCCXLI ad ſummum pontificatum evecto, Bonifacius ei mox per litteras (queis dies & annus adnotatus non eſt) de dignitate aſſecuta congratulatus eſt, additque: „Quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantu-„ lum percurſis vel correctis, tres ordinavimus epiſcopos, & „ provinciam in tres parochias diſcrevimus, & illa tria op-„ pida ſive urbes, in quibus & ordinati ſunt, ſcriptis aucto-

„ ritatis

„ ritatis veſtræ confirmari & ſtabiliri precantes deſideramus. Vid. ep. LI, ad an. DCCXLII, pag. 106. Inter Germanicas Franciæ ditionis provincias, quas Bonifacius in vera fide erudivit, tres potiſſimùm commemorantur, *Thuringia*, *Francia*, *Haſſia*. In Thuringiam, ait *Willibaldus* in *vitâ Bonifacii*, juxta mandatum apoſtolicæ ſedis progreſſus eſt..... ep. VII, pag. 24. Franciam deinde (orientalem, quam poſtea vocarunt Franconiam) fratribus ſecum commeantibus, ingreſſus eſt.... ad obſeſſas antea Heſſorum metas cum conſenſu Caroli ducis rediit... p. 29. Aliquot poſt annos Bajoariam, ubi tunc unus ſupererat epiſcopus, in quatuor epiſcopatus diviſit, p. 91. ſq. & p. 98 ſq. Creſcente indies fidelium numero, in tribus parochiis ſive ſingulis provinciis ſupra memoratis tres alios epiſcopatus erexit, unum in Francia orientali apud Wirtzburg, alterum in Haſſia apud Buraburg, tertium in Thuringia apud Erphesfurt. vid. ep. LI. Wirtzburgium ad Moganum alio nomine Herbipolis appellatur. Illius loci primus epiſcopus à Bonifacio conſtitutus eſt *Burchardus*, qui natus in Anglia venerat in Germaniam ad Bonifacium, ſub cujus diſciplina per aliquot jam annos degerat. Buraburg ſeu Burisburg præcipuum fuit olim oppidum Bortharorum, Friteslariam habens in vicinia, cujus hodie duntaxat ruinæ ſuperſunt. Hic primus conſtitutus eſt epiſcopus *Witta* ſeu Wittanus aut Wettanus, & in vita ſancti Wigberti a Lupo Servato *Albuinus* vocatur præſul Fritislarienſis oppidi. *Wit* enim *Album* ſignificat. Denique *Erphesfurt*, hodie Erfordia, Erfurtum, Thuringiæ caput eſt ad Geram fluvium. Huic civitati datus eſt à Bonifacio primus epiſcopus *Adelarius* ſive Adelharius, qui poſtea martyrio coronatus eſt. Notat *Maur. Gudenus hiſtor. Erfurt.* lib. 1, §. 111. quod Bonifacius archipræſul Moguntinus triennio ante martyrium, quod ſeculi octavi anno

quinquageſimo quinto ſubiit, monaſterium & eccleſiam b. Mariæ Virg. non illam, quæ hodie viſitur ſtupendæ molis, ſed tamen eodem loci erexerit, prærogativa cathedralis inſignem.

2) *Adelarius Erfordienſis eccleſiae epiſcopus.* Confer. §. II, not. b. & c. MSS. Codices conſentiunt; è quibus Proprium Moguntinum ad diem XXVI Auguſti: „ Eobanus & Adelarius, ambo magni Germanorum apoſtoli, divi Bonifacii diſcipuli, & in prædicationis munere indefeſſi ſocii, poſt plures in latiſſimis Germaniæ provinciis ad Chriſtum convertendis ſecum exantlatos labores, authoritate ſedis apoſtolicæ illum Ultrajectenſibus, hunc Erfordienſibus dedit epiſcopum; uterque in aſſignata ſibi eccleſia boni paſtoris partes egregiè implevit. Cum verò ſanctus Bonifacius ad martyrii coronam properaret, & Friſones a fide Chriſtiana ad gentilem idolomaniam relapſos denuo reducere intenderet, duos hoſce dudum probatos præſules ſibi adjunxit, ut quos habuiſſet in vita peregrinationis apoſtolicæ prædicationis comites, in glorioſa martyrii corona conſortes cerneret.

3) Confer. §. II, b. & c. cum allegatis ibi epiſtolis LI & LII.

4) Suprafati Proprii Moguntini, è MSS. Codibus confecti, Lectio II & III hæc refert: „ Rheni itaque ſecundo flumine una cum copioſo presbyterorum & diaconorum, monachorúmque comitatu hi tres epiſcopi Ultrajectum deſcendentes, indeque in Friſiam orientalem delati, perfidiam eorum, qui a Chriſto defecerant, acriter perſtringentes, reliquos autem fide conſtantes ſalutaribus præceptis inſtruentes, ſanctisque Sacramentis baptiſmi, confirmationis & euchariſtiæ confortantes, a nefariis & ingratis fidei deſertoribus ad unum omnes cæſi, martyrii palmam adepti ſunt. Martyrum tredecim corpora primùm Ultrajectum

„ delata,

„ delata, indè ex illis per ſanctum Lullum, in cathedra Mo-
„ guntina divi Bonifacii ſucceſſorem, hæc tria præſulum cor-
„ pora non ſine gravi difficultate & cœleſtium prodigiorum
„ indicio Moguntiam pervenerunt. Unde corpus ſancti Bo-
„ nifacii Fuldam, Eobani autem & Adelarii lipſana Erfor-
„ diam transmiſſa, hodie adhuc in æde Mariana aſſervantur.. „
In miſſalibus Moguntinis ſeculi primi typographici è MSS. typo deſcriptis XII. Kal. Maji occurrit S. Adelarius martyr & epiſcopus. Eodem die, nempè vigeſima Aprilis, Erfordiæ hi rythmi cani ſolent:

Adelari martyr Chriſti,
Qui in terra dum vixiſti,
Huic loco præfuiſti,
Pro grege tibi credito
Ora cum tuo ſocio
Beato Eobano,
Ut per veſtram potentiam
Valeamus conſequi
Peccatorum indulgentiam.

5) Cur & quando Erfurtenſis epiſcopatus deſierit, non eadem omnibus eſt opinio. Sunt qui jam ante Bonifacii obitum revocatum velint, ut tamen de cauſis varient. Quidam, inquit *Gudenus hiſtor. Erfurt.* lib. 1, §. III. Zachariæ pontificis adhortationem adferunt: „recordaretur, quæ in ſacris
„ canonibus præcipimur obſervare, ut minime in villas aut
„ modicas civitates epiſcopos ordinemus, ne vileſcat nomen
„ epiſcopi = nondum autem judicaſſe parem epiſcopali digni-
„ tati hanc urbem ovo proximam. „ Alii melius aſſequuntur, dum negatis decimis*) non ſuffeciſſe epiſcopo reditus cenſent,

 atque

*) Thuringis poſt ſuam ſubactionem cenſum porcorum ad culinam re-

atque agitaſſe jam conſilia de evehendo Moguntinenſi epiſcopatu Bonifacium, eoque proniorem in ejus commoda, ut archiepiſcopatum non contemnenda diœceſi decoraret. = Sunt contra qui veroſimilius judicant, ad Adelarii usque mortem perennaſſe illum, poſt verò mutationem fuiſſe paſſum, Erfurto vel à Saxonibus penitus exciſo, vel ſaltem extremas in anguſtias redacto, ac tandem ſublatum.

6) Si-

gis tradendorum fuiſſe impoſitum, *Annaliſta Saxo* indicat, ex quo etiam diſcimus, eundem illis ab Henrico II. Imperatore anno MII demùm remiſſum. Verba ejus ſunt: „Ubi (in Thuringia) rex (Hen„ricus) ab eodem comite (Wilhelmo Wimarienſi) & à primis illius „regionis & ab omni populo rogatur, debitum cenſum porcorum „illis dimittere, quod & fecit. Qui cenſus à tempore Theoderici, „filii Clodovei, qui & Lodovicus dicebatur, usque ad hunc regem „ſingulis annis regiis ſtipendiis impendebatur per annos quingentos „octuaginta duos.„ Chronicon vetus ducum Brunſvicenſium in *Leibnitii Script. Brunſvic.* T. II, pag. 15 tradit, Thuringos olim nullas decimas dediſſe, additque: „ſed ad coquinam regis in quingen„torum porcorum tributo annuo a rege Childerico ipſis impoſito „tenebantur. Iſtud tributum remiſſum eſt Thuringis ab Henrico „rege de Bavenberch, ad preces & obſequia venerabilis domini Ol„rici (Wilhelmi) de Wimar, principis Thuringorum.„ Seculo demum undecimo Thuringis decimas eſſe impoſitas refert *Annaliſta Saxo* ad an. MLXII. his verbis: „Otto marchio Thuringiæ beneficia Moguntini archiepiſcopatus aliter obtinere non potuit, „niſi promitteret, decimas de ſuis in Thuringia poſſeſſionibus da„turum, & cæteros Thuringos, ut idem facerent, coacturum, quæ „res multorum malorum ſeminarium fuit.„ & *Lombertus Schaſnaburgenſis* ad an. MLXVII. ait: „Otto marchio Thuringorum „obiit; gaudentibus admodum in morte ejus omnibus Thuringis, „eo quod ipſe primus ex principibus Thuringorum, ut prædictum „eſt, decimas ex ſuis in Thuringia poſſeſſionibus dari conſenſiſſet, „& per hoc calamitatem genti ſuæ invexiſſe videretur.„ Plura de his alibi. Legatur interim *Mainders Theſaurus antiquitatum Francicarum & Saxonicarum*, diſſert. ſingularis: *de origine ac jure decimarum in antiqua Saxonia &c.*

6) Sigebertus Gemblacenſis ad an. DCCCXXIV. refert, Otgarium archiepiſcopum Mog. S. Severi oſſa Erfurdiam transtuliſſe, id quod ad unum omnes teſtantur, licet in anno diſcordent. Prolixius eſt hac de re breviarium Moguntinum ad diem XXII. Octobris, é quo pauca delibamus. „Contigit Ot„garium Moguntinum archiepiſcopum in Italiam proficiſci, „ut pacem inter imperatorem Ludovicum patrem & Lotha„rium filium componeret; qui cognito, Ticini reliquias Se„veri haberi, à loco, ubi prius repoſitæ fuerant, ablatas „ſecum Moguntiam advexit, ac in templo S. Albani recon„didit. Unde poſtea Erphordiam ad cœnobium tum D. Pau„lo dedicatum, magna populi comitante frequentia trans„latæ, ſplendidiſſimam ibidem conſecutæ ſui nominis baſi„licam, eam creberrimis miraculis illuſtrant.„ An. MCXLVII. Henricus I. A. Mog. dedicavit eccleſiam S. Petri in monte Erfurti. *Falckenſtein Chron. Thür.* part. II, p. 1003 &c.

7) An. MCCXVII. Sigebodo epiſcopus Havelbergenſis duo conſecravit altaria in eccleſia S. Quintini Moguntiæ, conſentiente Sigefrido II. archiep. Mogunt. *Guden.* T. IV, p. 805.

8) Anno MCCXXIII, XXXV, XLII. Wilhelmus Havelbergenſis epiſcopus ordines in paſchate Erfurti contulit. *Schannat vindem. litter.* Coll. 1, pag. 91, ubi chronicon Erfordienſe.

9) Elenchum ſuffraganeorum Erfurtenſium ſive reverendiſſimorum pontificii muneris per Thuringiam, Haſſiam, Eichsfeldiam & Saxoniam diœceſis Moguntinæ vicariorum tomo IV *Codicis diplomatici* inſeruit *Gudenus* à pag. 804 — 839. Magis autem illuſtravit & auxit *Severus* in *memoria propontificum Mogunt.* an. 1763. edita. Eorum facultates ampliſſimas lege inter documenta num. LX.

§. V.

Interea temporis plura clericorum collegia (a), parochiæ, aliaque beneficia (b), abbatiæ & monaſteria (c) ſua obtinuêre initia. Synodi celebratæ (d), crebriores ordinatæ cleri & populi viſitationes (e), ſcholæ pro juventute educanda apertæ (f), erecta tribunalia ſacra (g) & ad eliminandam errorum matrem, ignorantiam, inſtituta ſunt generalium ſtudiorum collegia (h).

a) Hæc inter inſigni prærogativâ gaudet eccleſia ſub nomine b. Mariæ V. Deo conſecrata, ſua referens primordia ad S. Bonifacium, qui eandem in cathedralem erexit. Confer. §. præcedens. De eccleſia S. Pauli, dein ad S. Severum nominata, quædam attulimus §. IV. An. MCXXI, ſub Adelberto archipræſule, confecta eſt ordinatio præpoſiti ad S. Severum Erfordiæ circa miniſtrandam canonicis quotidianam præbendam. Vid. *Gudenus* Tom. I, p. 48 ſq. Dorlonenſem & Jechaburgenſem eccleſias fundavit archipræſul Willigiſus. Illa poſt quatuor, & quod excurrit, ſæcula Salzam translata. De hac chartas ſubminiſtravimus in Tom. I. *diplomatariorum Magunt.* à pag. 113 — 276. Archidiaconatum Jecheburgenſem vide infra. Documenta eccleſiarum Bebracenſis & Sulzenſis ad eccleſiam S. Martini in caſtro Vinarienſi translatarum afferemus à num. CV — CXXV. De collegio Ordorffenſi, an. MCCCXLIV. ad civitatem Gothanam transportato, vid. archidiaconatum præpoſiti ad S. Severum &c.

b) Parochias aliaque beneficia magno numero ſiſtunt §§. VI, VII, VIII, IX.

c) Abbatias & monaſteria delineabimus in monaſtico Moguntino. Evolvatur interim *Thuring'a ſacra*, *Falckenſtein. Thüring. Chronic*, *Leuckfeld* &c.

d) Pre-

Digitized by Google

d) Prelum cum aliis Moguntinis mox ſubituræ. Eas inter ſynodus ſub Hildeberto archipræſule an. DCCCCXXXII celebrata prima eſt.

e) Viſitationes iſtas ſingulis annis peragebant archidiaconi. Confer. *dioec. Mog. in archidiaconatus diſtinctae* Tom. I, II, & III.

f) Tot ſcholas olim reperire fuit, quot clericorum collegia & monachorum aſceteria. vid. *Meinders* ſupra allegatus, *Fleurii* diſcurs. III ad hiſt. eccl.

g) His præfuêre archidiaconi, archipresbyteris, officiale, ſigillifero & judicibus ſynodalibus ſtipati. vid. docum. num. XX, XXXI ſqq. XXXVIII ſqq. L, LXVII. XC ſq. Judicium eccleſiaſticum nunc dirigit ſigillifer. vid. num. XCVIII. b.

h) Seculo tandem XIV. ſtudium generale in Thuringiæ metropoli fuit apertum. Verba Clementis VII. deſuper ad Erfordienſes in litteris data, verè digna ſunt, quæ hic recitentur: „ Et quia, ait, fidelem aſſiſtentiam, qua anteactis tem-
„ poribus Romanæ eccleſiæ viriliter aſtitiſtis, recolimus in
„ præſenti, ad veſtrum ſalubre regimen multipliciter obliga-
„ mur, tenentes firmiter & credentes, quod ſinceritas ve-
„ ſtra de bono in melius ſemper creſcet. Cupientes igitur
„ veſtrum oppidum ejusque ſtatum laudabiliter honorare, ad
„ nonnullorum inſtantiam, affectantium utilitatem illius, con-
„ ceſſimus gratioſe, quod de cætero in veſtro oppido ſtudi-
„ um vigeat generale tam in ſacra Theologia, quam in jure
„ canonico & civili, quàm etiam quacunque alia licita facul-
„ tate. „ Litteræ datæ ſunt Kal. Octobr. an. MCCCLXXVIII.

Incrementa hujus ſtudii generalis, præſertim quæ præclarè geſta ſunt circa fundationes auditorii Cœlici, collegii majoris, collegii Amploniani, ſcholæ juris & collegii Saxonici, exhibet *Motſchmanni Erfordia litterata*, ejusdemque continua-

tinuatio, cui quædam addenda judicamus ſub num. LI, LXII a LXIII, & LXXIII.

§. VI.

Parochiae, Vicariae & Capellae Erfordienſes.

Parochia S. Andreæ. *)

Ad vicariam SS. Symonis & Judæ in eccleſia S. Andreæ ex reſignatione Theodorici N. inſtitutus fuit Joh. Wiſshut, per Oſannam relictam Nicolai de Saltza, ejusque filium præſentatus.

Ad vicariam trium regum ex reſignatione Widonis Cirixe inſtitutus Theodor. Abicht per Joh. Bonnſtete &c. præſ.

Ad vicariam S. Barbaræ ex reſignatione Petri Ruſchenberg inſtitutus Joh. Iſenhart per Altermannum præſent. **)

Ad vicariam omnipotentis Dei, Mariæ Virginis & Eraſmi ex reſignatione Theodor. Biſſing inſtitutus Fridericus de Somerden, per proviſores præſent.

Ad vicariam Philippi & Jacobi ex obitu Hermanni de Grime inſtitutus fuit Joh. Stutzer per abbatem in Wolckenrode

*) Anno MCCCLXXXXIX. Eccleſia parochialis S. Andreæ &c. monaſterio S. Cyriaci incorporata eſt. Lege documenta num. LIV ſq. XCVIII &c. Reverſales præſentati ad eccleſiam parochialem S. Andreæ vid. infra Nro. LXXXVI.

**) Anno MDXXIX. die XXIV. menſis Maji à reverendiſſimo Moguntino, ex jure devoluto, de vicaria altaris S. Barbaræ, per obitum Joannis Neidhard, ultimi illius poſſeſſoris, vacante, proviſum fuit Joanni Sander, clerico Moguntinæ diœceſis. An. MDLXIV. Dorothea Frideraun abbatiſſa & conventus monaſterii S. Cyriaci ad idem altare præſentarunt Nicolaum Müller, qui ſucceſſit Liborio Hopffen, ultimo poſſeſſori defuncto.

Digitized by Google

rode ord. Ciſterc. & magiſtros fabricæ eccleſiæ S. Andreæ præſent. *)

Ad vicariam S. crucis, Katharinæ, Eliſabethæ & Nicolai ex reſignatione Joh. Centener inſtitutus Hermannus Greſſe, per Bertoldum Tutilſtedt præſ. **)

Bartholomæi.

Ad vicariam b. Mariæ, trium Regum & Barbaræ ex obitu Henrici Corriglatoris inſt. Volckmarus Greuſſen, per plebanum præſ.

Ad vicariam S. Katharinæ ex obitu Nicolai Ebirsdorff inſt. Nicolaus Pruſſe, per plebanum præſ.

Ad vicariam XI. millium virginum, Mariæ, Innocentum, Katharinæ & Eraſmi inſt. Mathias Abbatis, per Guntherum Bock præſ. ***)

Ad vicariam SS. Symonis & Judæ ex obitu Laurentii Kolbrant inſt. Fridericus Grefenaw, per Georium de Buttilſtet præſ.

Ad vicariam Symonis & Judæ ex obitu Henrici Czoten inſt. Conradus Roper, per altariſtam & communitatem præſ.

Ad vicariam S. crucis, Jacobi maj. Mariæ Magd. ex obitu Joh. Hentzemari inſt. Joh. de Ottera, per Guntherum Bock præſ.

Ad

*) MDXCV monaſterium S. Cyriaci cum altariſtis S. Andreæ eo convenit, ut ad vicariam SS. Philippi & Jacobi alternativè præſentaretur.

**) An. MDXLV ad manus abbatiſſæ & conventus S. Cyriaci vicariam S. Crucis reſignavit Valentinus Rynhardi in favorem Johannis Rynhardi.

***) Hoc altare vicariæ erat ſupra ſacriſtiam.

Digitized by Google

Ad vicariam S. Bartholomæi ap. Philippi & Jacobi, Ceciliæ, Kunigundis, Hedewigis in ſummo altari ex obitu Nicolai Pruſſen inſt. Joh. Fulda alias Molitoris, per altariſtam præſ.

Ad vicariam Bartholomæi, Andreæ, Philippi & Jacobi & Katharinæ, noviter inſtauratam, inſt. Petrus Stengelin, per Guttam Bock & Guntherum filium præſ.

Ad vicariam S. Katharinæ, Dorotheæ, Barbaræ & Scolaſticæ ex obitu Joh. Carpentarii inſt. Urbanus de Kongisberg, per Nicolaum Span plebanum præſ.

Ad vicariam Felicis & Adaucti ex reſignatione Friderici Greffenaw inſt. Matthias Ottonis, per Nicolaum Stetin præſ.

Ad vicariam S. Eliſabeth ex obitu Petri Stengelin inſt. Kuno Winther, per Joh. Bock præſ.

Ad parochiam S. Bartholomæi ex obitu Nicolai Span inſt. Joh. Molsleben, per Nic. Emichen & Eliſabeth uxorem præſ.

Ad vicariam omnipotentis Dei, Mariæ & Pauli, Fabiani & Sebaſtiani, Dorotheæ ex obitu Joh. Sculteti inſt. Georius Paulman, per Jacobum Milbitz præſ.

Ad vicariam S. Kunigundis & Hedewigis ex reſignatione Joh. Zwigk inſt. Symon Schrot, per plebanum præſ.

Benedicti. *)

Ad vicariam b. Mariæ, Joh. bapt. & evang. ex reſignatione Henrici Ratgeben inſt. Nic. Scober, per Henricum Voilsberg, uxorem & heredes præſ.

Ad vicariam b. Mariæ ex obitu Marci de Werna inſt. Conradus Currificis, per D. Joh. Fabri præſ.

Ad

*) Anno MCCCXXII hæc parochia incorporata fuit eccleſiæ collegiatæ b. Mariæ Virg. vid. Nr. XVII.

Digitized by Google

Ad vicariam S. Andreæ, Matthæi, Philippi & Jacobi, ſanctorum X millium militum, Laurentii, Margarethæ, Ceciliæ, Otiliæ ex obitu Engelberti Kunſt inſt. Nicolaus Krey, per altariſtam præſ.

Ad vicariam b. Mariæ & S. Benedicti ex reſignatione Joh. Lantgreſſe inſt. Conr. Wendelmuth, per plebanum præſ.

Ad vicariam omnipotentis Dei, Valentini, Fabiani & Sebaſtiani, Cyriaci, Eliſabeth, Magdalenæ & Urſulæ, noviter fundatam, inſtit. Henricus Hoſemeiſter, per Bertoldum Kyrchoff præſ.

Ad parochiam S. Benedicti per decanum b. Mariæ vigore incorporationis præſentatur.

Ad vicariam corporis Chriſti, Jacobi maj. Bartholomæi, Matthæi, noviter fundatam per D. Wolfgangum magiſtrum & Henricum Valcken, inſt. Henricus Valcken, per Joh. Botman de Schmyra præſ.

Ad vicariam S. Joh. bapt. & evang. ex reſignatione Conradi Behem inſt. Bertoldus Ruſchenbach, per Katharinam Gutenshuſen præſ. *)

Ad commendam b. Mariæ, Philippi & Jacobi ex reſignatione Conradi Rechims inſt. Henricus Totteleben, per Valentinum Henkelin oppidanum in Duderſtat præſ.

Ad vicariam S. Joh. evang. ex reſignatione Henrici Krul inſtit. Melchior Truckſeſſ, per altariſtam præſ.

Ad vicariam Phil. & Jacobi ex reſignatione Henrici Schil inſt. Joh. de Echte, per altariſtam præſ.

 Aegi-

*) Anno MDIII die 22 menſis Julii proviſio facta eſt Bertholdo Rauſtenberg de hac vicaria, ex obitu Joannis Engelhard vacante, per devolutionem ob non exiſtentiam verorum patronorum. Litteræ proviſionis datæ ſunt Aſchaffenburgi.

Digitized by Google

Ægidii. *)

Ad vicariam S. Barbaræ in eccleſia S. Ægidii per privationem Joh. Schuttenberg inſt. Joh. Baden, per Ermeltrudim Bruningen præſ.

Ad vicariam S. Crucis, omn ſanctarum Virginum, ex obitu Nic. Engel inſt. Henricus Keinpach, per altariſtam præſ.

Ad vicariam b. Mariæ, Johannis & Bartholomei, Coſmæ & Damiani, 3 regum, Martini & Mariæ Magd. ex reſignatione Nicolai Kreutheym vacantem, inſt. fuit Joh. Hoxeymer procur. Erhardi de Gerpſtet, per Henricum Alich præſ.

Ad vicariam SS. Symonis & Judæ & Eraſmi ex reſignatione Friderici de Werna inſt. Joh. Mock, per altariſtam præſ.

Ad vicariam S. Leonhardi ex obitu Conradi Bechmann inſt. Ewaldus de Cammiata, per Joh. de Allenblomen præſ.

Ad vicariam ſive Elemoſinariam corporis Chriſti ex obitu Henrici Pardi inſt. Andreas Demuth, per Agnetem Alperſtet alias Bruxleben præſ.

Ad vicariam Bartholomæi, trium Regum ex reſignatione Caſpari Langen inſt. Nicolaus Holtzhuſen, per Siſridum doctorem Ruden &c. præſ.

Ad vicariam Panthaleonis & Barbaræ ex obitu Joh. Kappel inſt. Hermannus Schaff, per plebanum præſ.

Ad commendam omn. Angelorum, Petri & Pauli, Severi &c. noviter fundatam, inſt. Joh. Reynbot, per Joh. Kotteling præſ.

Geo-

*) Anno MCCCXXV ecclesia S. Ægidii incorporata eſt monaſterio S. Jacobi Scotorum. Nr. XIX.

Georii.

Ad vicariam S. Katharinæ & Eliſabeth ex reſignatione inſt. Henricus Erffe, per Theodor. plebanum & Hugonem Brunen &c. proviſores præſ.

Ad vicariam b. Mariæ & Katharinæ ex obitu Joh. Franckenberg inſt. Henricus Elrich, per Joh. de Molhuſen præſ.

Ad vicariam SS. Stephani, Mariæ Magd. Margarethæ in eccleſia S. Georii, per reſignationem Henrici de Elrich vacantem inſt. Nic. Krutheym, per plebanum & altariſtam præſ.

Ad vicariam S. Mariæ Virg. ex reſignatione Nicolai Franckh inſt. eſt Nic. Swartza, per Hugonem Bruning præſ.

Ad parochiam S. Georii Erf. ex reſignatione Theodor. Sommering inſt. Nic. de Gotha, per altariſtas & parochianos præſ.

Ad vicariam S. Barbaræ, XI millium virginum ex reſignatione Barthol. Kroger inſt. fuit N. per plebanum præſ.

Ad vicariam b. Mariæ ex reſignatione Conradi Cirixen inſt. fuit Joh. Schol, per Hugonem Bruning præſ.

Ad vicariam S. Mariæ Virg. Magd. Kath. Marg. ex reſignatione Tylm. Hottermann inſt. Hartungus Buchelow per Eckbertum de Northuſen oppidanum Ihenenſem præſ. vid. LXXV. a.

Ad vicariam S. Nicolai, Matthæi & Stephani ex reſignatione Joh. Puntz inſt. Joh. Toppelſteyn, per Hugonem Bruning præſ.

Ad vicariam S. Nic. Kath. & Eliſab. ex obitu Laurentii Kolbrant inſt. N. per plebanum & parochianos præſ.

Ad vicariam Mariæ Magd. Kath. Marg. & Eliſab. ex reſignatione Joh. Hedelrici inſt. Benedictus Stoltzenhaym, per plebanum præſ.

Ad eand. vicariam ex obituConradiMarthe inſt. Nic.Zigler, per plebanum & altariſtas præſ.

Ad vicariam Philippi & Jacobi ex obitu Joh. Molſtorff vacantem inſt. Henricus Molitor, per Hermannum Tenſtet & altariſtam præſ.

Ad vicariam corporis Chriſti ex reſignatione Widonis Cirixe inſt. Guntherus Teybach, per proconſules Erfordienſes præſ.

Ad vicariam trium regum ex reſignatione Lamperti Vochs inſt. Laurentius Peſſingk per Heynonem Erhardi & Georium de Sachſa &c. præſ.

Ad vicariam Matthæi ap. Joh. evang. Stephani & Nic. ex obitu Henrici Hermut inſt. Henricus Sure, per altariſtas præſ.

Ad vicariam b. Mariæ Virg. ex reſignatione Nic. Thune inſt. Guntherus Gerſtenberg, per plebanum & altariſtas præſ.

Ad vicariam Petri & Pauli, Symonis & Judæ ap. Mariæ Magd. Eliſabeth, erectam noviter in altari S. crucis, inſt. Hermannus Reynoldi per Eliſabeth Friſchkorn &c. præſ. Vid. docum. num. CIII.

Ad vicariam b. Mariæ ex morte Alberti Fuſtorcke inſt. Vitus Wenneri, per Hugonem de Sachſa &c. præſ.

Ad vicariam S. Trinitatis, Mariæ & 3 Regum ex reſignatione Petri Leubing inſt. Joh. Schmet per Hermannum von der Marthen præſ. Vid. num. CIV.

Ad vicariam S. Stephani, Nic. & Barbaræ ex obitu Joh. Saur inſt. Gottfridus Hune, per plebanum præſ.

Treppendorff. Ad parochiam in Treppendorff ex obitu Hermanni Nubeck vacantem inſt. fuit Lutifiguli, per Albertum burggravium de Kirchbergk præſent.

Wisbach. Ad parochiam in Wisbach per mortem Joh. de Sunthuſen vacantem inſtit. fuit Hermannus Kelner, per Theodoricum & Peczolt Gruſſen præſent.

Witzleben. Ad vicariam b. Mariæ, Katharinæ, Magdalenæ in Witzleben noviter fundatam inſt. eſt N. per Johannem von Gich præſent.

Wollersleben. Ad parochiam in Wollersleben inſt. fuit N. per D. præpoſitum b. Mariæ præſent.

Wulfershuſen. Ad parochiam in Wulfershuſen inſt. fuit N. per principes præſentatus. Dein comes de Swartzpurg præſentavit.

II. Sedis Czymmern.

Atzmansdorff. Ad parochiam in Atzmansdorff inſt. N. per D. noſtrum præpoſitum præſent.

Digitized by Google

Bechſtedt. Ad parochiam in Bechſtedt inſt. eſt Joh. Tungel, per abbatem S. Petri præſent. *)

Buſſeleben. Ad parochiam in Buſſeleben N. inſt. per capitulum S. Severi præſent. **)

Czymmern. Ad vicariam b. Mariæ, Nicolai Adelarii & Eliſabeth in Czymmern ex reſignatione Deynhardi Weidemann inſt. Otto Greſſe, præſentant proconſules Erffordienſes.

Eichelborn. Ad parochiam in Eichelborn inſt. eſt N. per abbatem S. Petri præſent. ***)

Heymechen. Ad parochiam in Heymechen ex reſignatione Erhardi Leytmann inſt. fuit Nicolaus Comitis, per Bertoldum Bottulſtet præſent.

Hogſtet. Ad parochiam in Hogſtet inſt. eſt N. per abbatem S. Petri præſent. ****)

Hopffgarten. Ad parochiam in Hopffgarten ex reſignatione Joh. Raub inſtit. fuit Theodor. Zigler, per Rudolffum Zigler & hæredes quondam Giſſeleri Zigler præſent.

Kerſpeleben. Ad parochiam in Kerſpeleben ex obitu Theodor. Frilius inſt. eſt Nicol. Cerdonis, per Engelam Ziglerin & Eliſabeth Hettermanns præſent.

Ad vicariam in Kerſpeleben D. Nicolaus Reſen &c.

Lynderbich. Ad parochiam in Lynderbich inſt. N. per commendatorem in Wiſſenſee præſent. *****)

Mon-

*) De bonis & jure patronatûs in Bachſtet, monaſterio S. Petri Erford. competentibus, quandam notitiam aſſervavit liber perantiquus dicti monaſterii

**) An. MCCCXXX hæc parochia incorporata eſt capitulo S. Severi Erfordienſi. Recognitionem dicti capituli vid. infra. N. XV. XCI a.

***) Litteras ſuper allodio & jure patr. ad monaſterium S. Petri pertinente exhibent N. III, IV, V, VI, XCII.

****) Qualiter abbas S. Petri ad hanc parochiam præſentaverit, & præſentati inveſtiti fuerint, exhibet N. LXXVII.

*****) Ibidem capella S. Oſwaldi. Vid. Nr. XLIII.

Digitized by Google

Moncheholtzhuſen. Ad parochiam in Moncheholtzhuſen inſt. N. per proconſules Erffordienſes præſent.

Nora. Ad parochiam in Nora inſt. eſt N. per abbatiſſam in Bercka præſent. *)

Nuſes. Ad parochiam in Nuſes ex reſignatione Henrici de Dorndorff inſt. eſt Nicolaus Pombel, per D. Henricum Leymegruben præſent.

Ad vicariam S. Nicolai in Nuſes inſt. N. per proconſules Erffordienſes præſent. **)

Nuſes infer. Ad parochiam in Nuſes inferiori ex reſignatione Joh. Fabri inſt. eſt Joh. Kippelhorn, per relictam Joh. de Nuſes præſent. Ad eandem parochiam inſtit. eſt Nicolaus Borchwitz, per Wernerum Franckenhuſen præſent.

Nuſes ſuper. Ad parochiam in ſuperiori Nuſes inſt. eſt N. per principes præſent.

Sonſtet. Ad parochiam in Sonſtet inſt. Bertoldus Weber, per abbatem in cella Paulina præſent.

Tottleben. Ad parochiam in Tottleben per reſignationem Rudolffi Schnorrer inſt. fuit Nicolaus Udeſtet, per abbatem in Burgelin præſent.

Viſelbich. Ad parochiam in Viſelbich inſt. eſt Henricus Coci, per D. præpoſitum b. Mariæ præſent.

Urbich. Ad capellam b. Mariæ in Urbich inſt. Joh. Wymann, per abbatiſſam & conventum in Bercka præſent.

I 2 *Utins-*

*) Anno MCCCLI Hartmannus & Albertus fratres burggravii de Kirchbergk &c. jus patronatus eccleſiæ in Nore donarunt præpoſito abbatiſſæ & conventui ſanctimonialium in Bercka. Conf. *Avemann Kirchbergiſche Geſchichte* pag. 73.

**) Præſentationem vide ſub N. XCIII.

Digitized by Google

Utinsberg. Ad parochiam in Utinsberg inſt. N. per abbatem Fuldenſem præſent.

Windiſchenholtzhuſen. Ad parochiam in Windiſchenholtzhuſen inſt. N. per Ludewicum Hochhertz præſent.

III. Sedis Guttenshuſen.

Born-Brambach. Ad parochiam S. Bonifacii in Born-Brambach inſt. fuit Joh. Volcker, per priorem & conventum domus Carthuſiens. Errford. præſent.

Brampach. Ad parochiam in Brampach ex obitu Henrici de Gutinshuſen vacantem inſt. eſt Erhardus Flechtener, per priorem & conventum domus Carthuſienſis præſ. *)

Ad vicariam B M. V. Nicolai & Katharinæ in Brampach ex reſignatione Erhardi Flechtener inſt. fuit Joh. Hemeler, per priorem Carthuſienſium præſ. **)

Ad vicariam S. Nicolai in Brampach ex reſignatione Erhardi Sartoris inſt. eſt Henricus Steckenrauſt, per proconſules præſent.

Butſtedt. Ad vicariam S. Katharinæ in Butſtedt ex obitu Nicolai Schuler vacantem inſtit. fuit Fridericus de Sumerde, per plebanum præſent.

Ad vicariam S. Mariæ in Butſtedt ex reſignatione Nicolai Herdisleben inſt. Nicolaus Becherer, per advocatum, proconſules & conſules ibid. præſent.

Ad vicariam b. Mariæ extra muros Butſtedt ex reſignatione Joh. Lantgreffe inſtit. Joh. Ruſchenberg, per Albertum de Wyhe præſent. ***)

Ad

*) Parochia incorporata Carthuſiæ. N. LII, LXXXII, LXXXIII.

**) Litteras hujus vicariæ damus ſub N. LXI, LXII.

***) An. MCCCCLXXVI Ludewicus de Wye armiger ad vicariam

Ad parochiam in Butſtedt in Wenden inſt. eſt Joh. de Droſſen, per D. Albertum de Wyhe præſent.

Ad vicariam S. crucis, Fabiani & Sebaſtiani, Sigismundi in parochia in Butſtedt ex reſignatione Caſpari Butzen inſt. Nicolaus Hartung, per proconſules præſent.

Elbersleben. Ad parochiam in Elbersleben inſt. eſt N. procuratorio nomine domini præpoſiti in Northuſen, per Wernerum Rode & Giſelerum Rodeberg canonicum & vicarium ibidem præſent.

Gebeſtet. Ad parochiam in Gebeſtet inſt. N. per abbatem cellæ Paulinæ præſent.

Goſſerſtet. Ad vicariam X. millium martyrum in Goſſerſtet ex obitu Joh. Laurenti inſt. eſt Joh. Ertmar, per Erhardum & Rudolphum Marſchalck præſent.

Vicaria Mariæ Magdalenæ in Goſſerſtet in eodem regiſtro occurrit.

Goſſerſtet Mariae. Ad parochiam in Goſſerſtet Mariæ inſt. Joh. Spangenberg, per abbatem in Oldisleben præſent.

Guttinshuſen. Ad parochiam in Guttinshuſen &c. per Erhardum Marſchalk præſent.

Vicaria ibidem occurrit.

Hardisleben. Ad paroehiam in Hardisleben inſt. Nicolaus Kornbergk, per præpoſitum S. Mauricii extra Numburg præſ.

Ad vicariam S. Nicolai in Hardisleben ex reſignatione Joh. Coci inſt. Henricus Burchardi, per præpoſitum novi operis extra muros Numburgens. præſ.

altaris b. Mariæ virg. ſiti in parochiali eccleſia ſancti Wachmodi extra muros oppidi Butzſteden, vacantem per obitum Joannis Lantgreſſen, præſentavit Johannem Kremer. Butſtett, Butzſtedt, modò Buttſtadt oppidum ad ripam fluvii Loſſa, ab Erfordia quatuor milliaribus diſtans, ſeculo jamdum decimo celebre, ab Eccardo Miſniæ marggravio conditum.

Ad vicariam corporis Chriſti in Hardisleben ex reſignatione Chriſtiani vom Hayn inſtit. Joh. Craffc, per Henricum Mulich præſent.

Herbisleben. Ad vicariam S. crucis in Herbisleben inſtit. eſt N. per validum Theodor. Daniel præſent.

Marienthal. Vicaria S. Erhardi in Marienthal annotatur. ibid. vicaria S. crucis.

Milgisdorff. Ad parochiam in Milgisdorff inſt. N. per N. Marſchalk præſent.

Monche Goſſerſtet. Ad parochiam in Monche Goſſerſtet inferiori ex obitu Alberti Junghans inſt. eſt Joh. Nail, per abbatiſſam in Iſenberg præſent.

Nehuſenborn. Vicaria b. Mariæ virg. in Nehuſenborn.

Nidemsdorff. Ad parochiam in Nidemsdorff inſt. fuit Ditherus Ernſert, per plebanum in Willerſtet præſent.

Olbersleben. Ad parochiam in Olbersleben S. Wigperti inſt. N. per Fridericum de Collede præſent.

Ad vicariam S. Cyriaci & Gangolfi in Olbersleben inſt. N. per Fridericum de Collede præſent.

Ad vicariam b. Mariæ in Olbersleben vacantem quovis modo inſt. Joh. Karis ex proviſione domini noſtri præpoſiti.

Oſsleben. Ad parochiam in Oſsleben inſt. fuit Hermannus Carnificis, per præpoſitum in Huſsdorff præſent. *)

Raſſenberg. Ad parochiam in Raſſenberg inſt. doctor Gengelbach, per præpoſitum Numburgenſem præſent.

Vicaria b. Mariæ in Raſſenberg. Ibid. vicaria Fabiani & Sebaſtiani.

Ad

*) An. MCCLXVI Albertus Thuringiæ landgravius cœnobio ſanctimoniaiium in Husdorff eccleſiam in Husleyben (Oſsleben) cum omnibus attinentibus contulit. Vid. *Thuringia ſacra* p. 350 ſq.

Digitized by Google

Ad capellam b. Mariæ in Raſſenberg inſt. fuit Wilhelmus Goth, per præpoſitum Numburgenſem præſ.

Roldisleben. Ad parochiam in Rodisleben inſt. N. per Joh. Kumt præſent.

Rudesdorff. Ad capellam S. Katharinæ & Nicolai in Rudesdorff inſtit. eſt Conradus Dingelſtet, per abbatem in Porta præſent.

Rudilsdorff. Ad parochiam in Rudilsdorff inſtit. N. per principes præſent.

Rudersdorff. Vicaria S. Nicolai in Rudersdorff.

Ryſen ſuperior. Ad parochiam in Ryſen ſuperiori inſtit. fuit N. per comitem in Helderungen præſent.

Tuſsdorff. Ad parochiam in Tuſsdorff inſtit. N. per Schoſſerer in Wymar &c. præſent.

Tuteleben. Ad parochiam in Tuteleben inſt. Joh. Elliger, per abbatiſſam in Marientall præſent.

Willerſtet. Ad parochiam in Willerſtet inſt. &c. per Fridericum & Henricum de Witzleben præſent.

Vicaria in Willerſtet.

Windiſchen Brampach. Ad parochiam in Windiſchen Brampach inſt. N. per præpoſitum Northuſenſem præſent.

IV. Sedis Ilversgehofen.

Alich. Ad parochiam in Alich &c. per abbatem monaſterii montis S. Petri præſent. *)

Bin-

*) Sifridus III archiep. Mog. anno MCCXLIV monaſterio S. Petri omnes proventus hujus parochiæ donavit. vid. *Schannat vindem. litter.* Tom. II. pag. 11. Hanc donationem an MCCXCIV Gerhardus & an. MCCCXLIII Henricus archipræſules Moguntini confirmârunt. vid. Nr. X, XXV, queis alia hujus parochiæ documenta ſub Nris LXIX, LXX, LXXI, LXXXIX, XCIX adjecimus.

Digitized by Google

Binterſleben. *) Ad parochiam in Binterſleben, per capitulum S. Severi præſent.

Frinſtet. Ad parochiam iu Frinſtet &c. per comitem de Bichelingen præſent.

Gotſtet. **) Ad parochiam in Gotſtet inſt. eſt N. per abbatem S. Petri præſent.

Hochdorf. Ad parochiam in Hochdorf &c. per præpoſitum & conventum Albarum dominarum præſent.

Hocheym. Ad vicariam S. Johannis apoſt. & Margarethæ in parochia Hocheym noviter fundatam, per Chriſtianum Kruſenbergk inſt. eſt HermannusKruſenberg,per plebanum præſ.

Hoëfelde. Ad parochiam in Hoëfelde &c. per plebanum in Tondorff præſent.

Ilversgehofen. Ad vicariam b. Mariæ virg. in Ilversgehofen, ex obitu Ludewici Steyn vacantem, inſt. fuit Ludewicus Molitoris, per D. Albertum plebanum ibidem & altariſtam præſent.

Ad parochiam S. Marci in Ilversgehofen &c. per dominum noſtrum præpoſitum præſent.

Vicaria S. Nicolai ibid.

Ad capellam S. Spiritus prope Ilversgehofen inſtit. eſt Eckardus Gerlich, per Andream Brun præſent.

Klettebich. Ad parochiam in Klettebich &c. per plebanum in Tundorff præſent.

Mebesburg. Ad vicariam b. Mariæ in Mebesburg ex reſigna-

*) Recognitionem incorporationis hujus parochiæ capitulo S. Severi factæ exhibet N. XXXVI.

**) Fuit olim filia eccleſiæ parochialis in Alach, à qua ſeparatur. Vid. N. VIII. In chartis antiquioribus vocatur *Gotinſtete*, *Götſtete*, *Gättinſtete*, vicus in Erfurtenſi territorio ſitus, qui ad Alacenſem præfecturam pertinet.

Digitized by Google

ſignatione Johannis Regenbode inſt. eſt Hermannus Doliatoris, per plebanum in Biſchoffsleuben præſent.

Melchendorff. Ad parochiam in Melchendorff inſt. fuit Joh. Mul, per proviſores allodii archiep. Erfford. præſent. *)

Mittelhuſen. Ad parochiam in Mittelhuſen inſt. fuit N. per abbatem in Oldiſsleben præſent.

Nuſes. Vicaria S. Nicolai in Nuſes.

Vicaria S. Valentini ibid.

Schalckenberg. Ad vicariam in Schalckenberg ex reſignatione Joh. Monre inſt. eſt Andreas Hertzoge, per plebanum præſentatus. Vide in ſede *Sommerde.*

Schwerborn. Ad parochiam in Schwerborn inſt. eſt N. per Tilonem Zigler, Joh. Lupi & Henricum Medel canonicos b. Mariæ præſent.

Tundorff. Ad parochiam Tundorff præſentant conſules Erffordenſes.

V. Sedis Kyrcheym.

Arnſtet. **) Ad vicariam Petri & Pauli in eccleſia b. Mariæ in Arnſtet inſt. fuit Henricus Udeſtet, per Henricum de Witzleben ſeniorem præſent.

Ad

*) An. MDCCXLIII J. Fridericus Carolus archiep. & elector Moguntinus beneficium ſimplex in Stotternheim, Thuringiæ pago, (notatur in MS. antiquo, quod ibidem fuerit *praebenda ad S. Petrum*), cujus jus patronatûs quocunque vacationis tempore ad cuſtodem metropolitanæ Moguntinæ pertinebat, parochiæ in Melchendorff incorporavit; cuſtodi vero p. t. exiſtenti jus patronatus parochiæ Wirtheimenſis loco illius conceſſit & ſurrogavit.

**) An. DCCIV Hetanus dux ejusque conjux Theodrada Arnſtadium & alia S. Willibrordo, poſthac Trajectenſium epiſcopo, donarunt. Vid. *Eccardi Rer. Franc.* lib. XVIII. pag. 311. Arneſtadii ut villæ regalis mentio fit in illa pace celebrata inter Ottonem M. patrem

Digitized by Google

Ad vicariam S. Andreæ ibid. inſt. eſt Henricus Udeſtet, per comitem de Swarzpurg præſent.

Ad vicariam quatuor evangeliſtarum ibid. ex obitu Conradi Goſſer inſt. fuit Fridericus Eyler, per D. Henricum Henneberg præſ. poſtea præſentavit comes de Rotinberg.

Ad vicariam S. Livini in Arnſtet ex obitu Ludovici Melding inſt. eſt Caſpar König, per Theodor. de Witzleben præſ.

Ad vicariam Felicis & Adaucti in eccleſia Arnſtetenſi inſt. Guntherus Schlegel, per prioriſſam, tutorem & conventum præſent.

Ad vicariam S. Alexii ex reſignatione Nicolai Erſtmann inſt. Henricus Schiberich, per Erhardum de Sachſſa præſ.

Ad vicariam S. Eliſabeth in eccleſia b. Mariæ inſtit. N. per comitem præſent.

Ad vicariam S. Laurentii in eccleſia S. Jacobi noviter fundatam inſt. Gregorius Schmet, per Petrum Andesleb præſ.

Ad vicariam S. Petri & Pauli in eccleſia S. Jacobi ex reſignatione Joh. Scheckewalt inſtit. D. Joh. Steger, per comitem præſent.

Ad vicariam S. Crucis, b. Mariæ virg. Petri, Pauli, Andreæ, Bartholomæi, Katharinæ & Barbaræ in porticu eccleſiæ S. Bonifacii in Arnſtet ex reſignatione Guntheri Rucker inſt. eſt Laurentius Prædicator, per N. Kun oppidanam ibid. præſentatus.

Ad capellam leproſorii ante valvam Arnſtet ex obitu Waltheri de Neſſelrode inſt. eſt Engelbertus Kunſt, per Theodor. Schenck oppidanum ibidem præſent.

Ad

& filium Ludolphum, Alemanniæ ducem, & Cunonem ducem, de qua Ruotgerus in vita Brunonis cap. 30. apud *Leibnit.* Tom. I. *Script. Rer. Brunſvicens.* p. 285.

Ad vicariam S. Antonii leproſorii extra muros Arnſtet ex reſignatione Cyriaci Lange inſt. Nicolaus Biſſing, per prioriſſam &c. Albarum dominarum nomine Eliſabeth Schenck præſentatus.

Ad vicariam S. Spiritus & Antonii in capella leproſorii ex reſignatione Volckmari Huſsmann inſt. Joh. Wiſpach, per N. de Sachſa canonicum S. Severi &c. præſent.

Ad vicariam S. Georii & Eliſabeth in capella novi hoſpitalis intra muros Arnſtet ex obitu Joh. Span inſt. Guntherus Gutenshuſen, per Theodor. Schenckh præſ.

Bechſtet. Ad vicariam S. crucis in eccleſia S. Bonifacii in Bechſtet inſt. Joh. Junge, per conſules Erfford. præſ.

Egeſtet. Ad parochiam in Egeſtet &c. per abbatiſſam S. Cyriaci Erfford. præſent.

Eyſsleuben. Ad parochiam in Eyſsleuben inſt. N. per abbatiſſam & conventum in Ichtershuſen præſ.

Gera. Ad parochiam in Gera inſt. N. per armigerum de Witzleuben præſent.

Heida. Ad parochiam in Heida inſt. fuit Gothardus Spring, per Henricum de Witzleben ſeniorem præſ.

Ilmena. Ad parochiam in Ilmena inſt. Albertus Vogt, per comitem de Henneberg præſent.

Ad vicariam S. Mariæ in eccleſia S. Mariæ in Ilmena inſt. N. per abbatiſſam in Ilmen præſent.

Ad vicariam S. Sigismundi ex obitu Bertoldi Ammorte inſt. fuit Joh. Holwech, per præpoſitum & prioriſſam in Arnſtat præſentatus.

Keſernburg. Ad vicariam S. Erhardi in Keſernburg ex reſignatione Jacobi Theodori inſt. Joh. Stracl. per plebanum in Oberndorff præſent.

Molsdorff. Ad parochiam in Molsdorff Albani inſtit. N. per Theodor. de Witzleuben præſent.

Ad parochiam in Molsdorff Mariæ inſt. N. per dominum noſtrum præpoſitum præſent.

Oberndorff. Ad parochiam in Oberndorff ex reſignatione magiſtri Fiſcher inſt. Joh. Wettich, per comitem præſ.

Ad vicariam b. Mariæ in Oberndorff ex obitu Johannis Franck inſt. Joh. Hille, per comitem præſent.

Ad vicariam S. Katharinæ ex reſignatione Joh. Salfelt inſt. Joh. Kolman, per plebanum præſent.

Ad vicariam S. Johannis bapt. & evang. ex reſignatione Nicolai Koch inſt. Joh. Hering, per plebanum ibidem præſ.

Plaw. Ad parochiam in Plaw extra muros &c. per prioriſſam & conventum in Arnſtet præſent.

Ad vicariam S. Eliſabeth in Plaw ex reſignatione Joh. Baliſtarii inſtit. Henricus Sunberg, per plebanum ibidem ad preces conſulatus præſent.

Ad vicariam S. crucis ex reſignatione Guntheri Schrots inſtit. Joh. Greffendorff, per plebanum, proconſules & conſulatum præſent.

Ad capellam S. Sigismundi in Plaw ex obitu Henrici de Doringenhuſen vacantem inſt. fuit Joh. Coci per præpoſitum, prioriſſam & conventum in Arnſtet præſent.

Rinſtet. Ad vicariam corporis Chriſti, omnium ſanctorum apoſt. in Rinſtet noviter fundatam ex obitu Henrici Grynnot vacantem inſt. H. Swartzpach, per Joh. Schutze in Oydysdorff &c. præſent.

Rochſtet. Ad parochiam in Rochſtet inſt. N. per abbatiſſam in Ichtershuſen præſent.

Rockhuſen. Ad parochiam in Rockhuſen inſt. N. per D. noſtrum præpoſitum præſent.

Ryns-

Digitized by Google

Rynsfelt. Ad parochiam in Rynsfelt inſtit. N. per comitem præſent.

Sigelbach. Ad vicariam S. Mariæ & Crucis in Sigelbach ex obitu Conradi Kall inſt. fuit Conradus Schabedriſch, per D. Henricum Riche præſent.

Thorey. Ad parochiam in Thorey inſt. N. per præpoſitum, prioriſſam &c. novi operis præſent.

Waltersleben. Ad parochiam in Waltersleben inſt. Bertoldus Brunonis, per abbatem in Oldisleuben præſent.

VI. Sedis Leubingen.

Dorffgriffſtet. Ad parochiam in Dorffgriffſtet S. Nicolai & Vincentii ex reſignatione Nicolai Alificis inſt. Joh. Huſen, per Joh. de Werterde præſent.

Ettisleben. Ad parochiam in Ettisleben inſt. N. per abbatem & conventum in Franckenhuſen præſent.

Gorsleben. Ad parochiam in Gorsleben inſt. N. per abbatiſſam prioriſſam & conventum in Franckenhuſen præſentatus, poſtea præſentavit comes in Swartzpurgk.

Ad vicariam S. Trinitatis in Gorsleben ex reſignatione Ludolffi Kulin inſt. fuit Joh. Hertwig, per Balthaſarem, Georium & Hermannum ac Wernerum de Harras præſent.

Hauerteroden. Ad parochiam in Hauerteroden inſt. D. Martinus Weiger, per plebanum in Huſsbichelingen præſ.

Hemeleben. Ad parochiam in Hemeleben inſt. Bertoldus Trigus, per abbatem in Oldisleben præſent.

Huſsbichelingen. Vicaria in Huſsbichelingen.

Leubingen. Ad parochiam in Leubingen inſt. N. per D. noſtrum præpoſitum b. Mariæ præſent.

Digitized by Google

Ad vicariam S. Joannis bapt. & evang. in Leubingen inſt. Joh. Schenck, per decanum fratrum Kalendarum præſ. *)

Ad capellam ſive altare b. Mariæ virg. in Leubingen ex reſignatione Joh. Kleinſchmet inſtit. Henricus Stubich, per Fridericum de Molhuſen in Kollede morantem præſent.

Ad capellam ſive vicariam in Leubingen ex obitu Ottonis de Rengel de Rode inſt. Joh. Riche.

Schillingſtat Ad parochiam in Schillingſtat inſt. fuit Joh. Lode, per abbatem in Oldisleben præſent.

Steden. Ad parochiam in Steden inſt. Paulus Geroldi, per D. Henricum Textoris præſent.

Termsdorff. Ad parochiam in Termsdorff inſt. D. Henricus Plauet, per plebanum in Huſsbichelingen præſ.

Waltermsdorff. Ad parochiam in Waltermsdorff inſt. N. per commendatorem in Griffſtet præſent.

VII. Sedis Monner.

Bachera. Ad parochiam in Bachera inſt. N. per præpoſitum & abbat. in Tundorff præſ.

Batgindorff. Ad parochiam in Batgindorff inſt. N. per proviſores altaris eccleſiæ S. Petri in majori Monner & majores ibid. præſent.

Betingistorff. Ad parochiam in Betingistorff inſt. N. per comitem in Stolberg præſent.

Betingſtet. Ad vicariam S. Udalrici in eccleſia S. Bonifacii in Betingſtet inſtit. Henricus Tubener, per plebanum ibid. præſentatus.

Col-

*) Ad vicariam b. Virginis ex obitu Joh. Gerten inſt. Joh. Eſchwee, per decanum fratrum Kalendarum præſent.

Digitized by Google

Colledе. *) Ad vicariam trium regum in Collede inſt. N. per Guntherum comitem in Bichelingen præſ.

Ad vicariam S. Nicolai in parochiali S. Joannis in Collede inſt. Henricus Molitoris, per præpoſitum ibid. ad preces Henrici Gotzen armigeri præſent.

Ad capellam b. Mariæ in Collede ex reſignatione Severi Zymmern inſt. Hermannus Kula, per præpoſitum &c. præſ.

Ad vicariam in eccleſia S. Joannis in Collede ex reſignatione Joh. Galli inſt. Joh. Sellatoris, per abbatiſſam præſ.

Ad vicariam S. Nicolai in Collede ex reſignatione Hermanni Hancrat inſt. H. de Bichelingen, per comitem præſ.

Monner maj. Ad vicariam S. crucis & Katharinæ in eccleſia S. Petri in majori Monner ex reſignatione Theodori Lutenberg inſtit. fuit Udalricus Lutenberg, per altariſtam ibid. præſentatus.

Nehuſen maj. Ad vicariam S. Trinitatis, Felicis, Adaucti & XI. mill. virg. in capella b. Mariæ in majori Nehuſen ex reſignatione Conradi Helmolt inſt. Arnoldus Kolmen, per Henricum Sack ſeniorem præſent.

Ad vicariam ex reſignatione Ade Freidich inſt. Henricus Taygung, per plebanum præſent.

Nehuſen. Ad vicariam b. Mariæ in Nehuſen inſt. Bertoldus Wilding, per tutores Henrici Sack præſent.

Oſtermonner. Ad parochiam in Oſtermonner inſt. N. per comitem de Honſtein & dominum in Helderungen præſ.

Ad

*) An. MCCLXVI Colleda parthenon ordinis Ciſterc. annuente Wernero archiep. Mog. ſua ſumpſit initia. Baſilica monaſterii dicata eſt honori S. Johannis. Ibidem quoque eccleſia S. Wigberti, de quâ infra §. IX. De vicariis, capellis & altaribus confer. *Thuringia ſacra* pag. 548 ſq. vid. etiam §. VIII hujus commentationis.

Digitized by Google

Ad vicariam S. Katharinæ & Crucis in Oſtermonner ex obitu Joh. Zegen inſtit. Fabianus Hebeſtreit, per Henricum Kunt præſent.

Ad vicariam Mariæ, Laurentii, Crucis &c. fundatam per doctorem Joh. Erolt inſtit. Joh. Schuſſelfelt, per eundem doctorem præſent.

VIII. Sedis Ollendorff.

Baldeſtet. Ad parochiam in Baldeſtet inſt. N. per Guntherum Bock præſent.

Berlſtet. Ad parochiam in Berlſtet inſt. N. per proconſules Erfford. præſent.

Ad vicariam b. Mariæ & Annæ in Berlſtet ex reſignatione Joh. Sultzbich vacantem inſt. fuit Theodor. Adolffi, per D. Joh. Lot plebanum & Wetegonem Rappen armigerum præſ.

Dylsdorff. Ad parochiam in Dylsdorff inſt. fuit Joh. Buſeleben, per principem præſent.

Eckſtet. Ad parochiam & vicariam S. Andreæ in Eckſtet inſt. N. per principes Thuringiæ præſent.

Hottenſtet. Ad parochiam in Hottenſtet inſt. N. per præpoſitum in Eytersburg præſent.

Kottelingen. Ad capellam S. Petri in Kottelingen nuncupatam extra villam Vippich-Fidelhuſen ſitam inſt. Georgius Knauff, per abbatem Vallis S. Georii præſent. vid. infra in hac ſede *Vippich-Fidelhuſen.*

Mart-Vippich. Ad parochiam in Mart Vippich inſt. N. per Apel Vitzthumb præſent.

Ad vicariam Coſmæ & Damiani in capella in Mart-Vippich ex reſignatione Joh. Hering inſt. Joh. Mantag, per præpoſitum Northuſens. præſent.

Molhu-

Digitized by Google

Molhuſen maj. Ad parochiam in Molhuſen maj. inſt. N. per decanum & capitulum S. Severi præſ.

Ad vicariam b. Mariæ in Molhuſen maj. ex reſignatione Henrici Gerber inſt. Conradus Thorben, per altariſtam & plebanum præſent.

Novo foro. Ad vicariam S. Nicolai & Katharinæ in Novo foro inſt. N. per plebanum & altariſtam præſ.

Ollendorff. Ad parochiam S. Petri in Ollendorff inſt. D. Hunoldus Loſche, per abbatem & conventum S. Petri Erford. præſent. *)

Othmanshuſen. Ad parochiam Othmanshuſen ex obitu Joh. de Othmanshuſen vacantem inſt. fuit Sculteti, per principem Thuringiæ præſent.

Rudelſtet maj. Ad parochiam in Rudelſtet inſt. N. per capitulum beatæ Mariæ præſent.

Ad vicariam b. Mariæ, Nicolai & Katharinæ in Rudeſtet maj. ex reſignatione Gotſchalci Sartoris inſtit. Antonius Puſſen, per decanum & capitulum b. Mariæ præſ. N. XXIII.

Rudelſtet min. Ad parochiam in Rudelſtet min. inſt. N. per præpoſitum b. Mariæ præſ.

Udeſtet. Ad vicariam S. Katharinæ, Eliſabeth, Nicolai, Fabiani & Sebaſtiani in Udeſtet ex obitu Benedicti Stoltzenhagen inſt. Joh. Currificis, per plebanum ibidem præſent.

Vippich Fidelhuſen. Ad parochiam in Vippich Fidelhuſen duces Saxoniæ D. Bartholomæum Korp præſentarunt.

IX. Sedis Oberingen.

Buttelſtet. Ad vicariam S. crucis in Buttelſtet de novo inſtauratam inſt. eſt Nicolaus Fabri, per plebanum ibid. præſ.

But-

*) Super exercitio juris patronatus eccleſiæ in Ollendorff vide litteras ſub Nro. LIX.

Butſtet maj. Ad parochiam in Butſtet maj. proconſules ibid. præſentarunt.

Crutheim. Ad parochiam in Crutheym inſt. N. per abbatem Scotorum præſent.

Heygendorff. Ad vicariam S. Cyriaci in eccleſia S. Nicolai in Heygendorff inſt. Urbanus Pfawe, per Joh. de Muſsbach & altariſtam ibidem præſent.

Ad vicariam b. Mariæ in Heygendorff inſt. Hartmannus Bonſack, per abbatem Scotorum præſent. vigore alternativæ.

Holſtet. Ad parochiam in Holſtet inſt. N. per præpoſitum in Eytersburgk præſent.

Huchelheym. Ad parochiam S. Bonifacii in Huchelheym inſt. eſt N. per abbatem monaſterii S. Viti in Oldisleben ord. S. Benedicti præſent.

Leutentall. Ad parochiam in Leutentall inſt. N. per abbatem Portenſem præſent.

Nermsdorff. Ad parochiam in Nermsdorff præſentat præpoſitus Northuſenſis.

Numarckt. Ad parochiam in Numarckt inſt. N. per principes præſent.

Oberingen. Ad parochiam in Oberingen præſentat D. noſter præpoſitus.

Oberingen maj. Ad vicariam b. Mariæ in Oberingen maj. ex reſignatione Andreæ Vochs inſt Conradus Siboldishuſen, per Petrum Viltz oppidanum in Wymar præſent.

Oberndorff. Ad vicariam S. Mariæ Magdalenæ in Oberndorff prope Butteltet ex reſignatione Joh. Graman inſt. eſt Joh. Steynberg, per Burckardum Worm præſent.

Ramsla. Ad parochiam in Ramsla inſt. N. per comitem de Glichen in Blauckenhayn præſent.

Sachſenhuſen. Ad parochiam in Sachſenhuſen inſtit. N. per abbatem in Porta præſent. *Schwer-*

Digitized by Google

Schwerſtet. Ad parochiam in Schwerſtet ex reſignatione Gernoldi Wulstorff inſt. fuit Henricus Wigemann, per præpoſitum in Eytersburg præſ.

Stetten. Ad parochiam in Stetten inſt. fuit Joh. Hermanni, per præpoſitum in Eytersburgk præſ.

Tostorff. Ad vicariam ante chorum in Tostorff inſt. Johannes de Stotternheym, per Johannem Gotfart præſ.

Wida. Ad vicariam S. Cyriaci in Wida inſt. N. per plebanum in Buttelſtet præſent.

Wolsborn. Ad parochiam in Wolsborn præſentat commendator in Zwetzen.

X. Sedis Oſmanſtet.

Chottinſtet. Ad parochiam in Chottinſtet inſt. N. per præpoſitum, prioriſſam &c. prope Iſenbergk præſent.

Libeſtet Ad parochiam in Libeſtet inſt. N. per provincialem Thuringiæ & Miſniæ præſent.

Matſtet. Ad parochialem eccleſiam b. Mariæ in Matſtet ex obitu Theodorici Friderici ultimi poſſeſſoris vacantem inſt. eſt Clemens Friderici, per præpoſitum, prioriſſam, cellariam, ſubprioriſſam & totum conventum in Hustorff præſ. *)

Roſsla infer. Ad parochiam in Roſsla inſt. fuit Michael Denſtet, per Burchardum Vitzthumb præſent.

Ad capellam b. Mariæ, Crucis & Andreæ in caſtro Roſsla inſt. Joh. Keſſeler.

Roſsla ſuper. Ad parochiam in Roſsla ſuperiori inſt. N. per principes præſent.

*) An. MCCLXVII Albertus Thuringiæ landgravius ſanctimonialibus in Husdorff dedit jus patronatus eccleſiæ in Matſtat, quam donationem eodem anno confirmavit Wernherus archiep. Mog. vid. *Thuringia ſacra* pag. 353.

Digitized by Google

Sultzbech. Ad parochiam in Sultzbech inſt. N. per D. præpoſitum b. Mariæ præſent.

Swabiſchdorff. Ad parochiam in Swabiſchdorff inſt. N. per abbatem in Oldisleben præſentatus. *)

XI. Sedis Peſsnick.

Auma. Ad vicariam altaris S. Annæ in Auma ex reſignatione Nicolai Apetz inſt. Hermannus Cunolt, per plebanum ibid. præſent.

Brunsdorff. Ad parochiam in Brunsdorff inſt. Henricus Sinderhoffe, per Lipman de Muſebach &c. præſ.

Dobian & Getewitz. Ad capellam in Dobian & Getewitz ex reſignatione Erhardi de Scala inſt. fuit Hartmannus de Olſtet, per D. Joh. Tragſeze militem præſent.

Drogenitz. Ad parochiam in Drogenitz abbas in Salfelt præſentat.

Krolp. Ad parochiam in Krolp inſtit. N. per abbatem in Salvelt præſent.

Langen Orla. Ad parochiam in Langen Orla inſt. N. per validum Joh. de Hayn in Weltewitz præſent.

Lobeſitz. Ad parochiam in Lobeſitz ex reſignatione Symonis Bone inſt. N. per abbatem in Ihen præſentatus. Deinde ad parochiam in Lobeſitz principes præſentant.

Mol-

*) In hoc tractu ſitum eſt oppidum Appolda, cujus eccleſia parochialis an. MCCCXLII præpoſituræ canonicorum regularium in Eytirsburg incorporata eſt. Vid. N. XXIV. Ibidem eccleſia in Utenbach, quam fratres ordinis Hieroſolymitani pro præpoſitura compararunt. Plures ejusmodi eccleſiæ in hoc elencho non reperiuntur, cum ad eos ordines religioſos pervenerint, quos obcæcavit fumus exemptionis. Attamen *Thuringia ſacra* p. 603. inſtrumentum profert, quod archipresbyter ſedis Utenbacenſis jurisdictioni ſuæ in villa Stebritz invigilaverit.

Digitized by Google

Molbitz. Ad capellam in Molbitz inſt. Joh. Doring, per Albertum Steynhuſen ſecretarium ducis præſent.

Moſebich. Ad parochiam in Moſebich inſt. eſt Petrus Tirbach, per Ludolffum de Moſen præſent.

Neunhofen. Ad parochiam in Neunhofen inſt. N. per abbatem in Salvelt præſent.

Ad vicariam Severi, Fabiani & Sebaſtiani, X. mill. miltum & Valentini noviter fundatam inſt. Cyriacus Wiſpach, per proconſules in Nawſtat præſent. ad petitionem plebani in Neunhofen.

Ad vicariam altaris S. Annæ inſt. Bertoldus Goynitz, per plebanum præſent.

Ad capellam b. Mariæ virg. in Neunhofen inſtit. N. per plebanum præſent.

Ad vicariam S. Cyriaci auf dem Beynhuſs in parochiali eccleſia Neunhofen ex obitu Conradi Wolfferam inſt. eſt Wolmarus Sidelbitz, per plebanum præſent.

Neuſtat. Ad vicariam S. Jacobi in eccleſia S. Joannis in nova civitate noviter fundatam inſt. eſt Johannes Zencker, per D. Petrum epiſcopum Citinenſem præſent.

Nimmeritz & Sulkewitz. Ad capellam in Nimmeritz & Sulkewitz ex obitu Theodorici N. inſt. fuit N. per D. Joannem Tragſeze militem præſent.

Oppurg. Ad eccleſiam in Oppurg infer. & capellam in Denſtet inſt N per Henricum de Brandenſteyn præſ.

Oppulk ſuper. Ad capellam Oppulk ſuper. inſt. N. per abbatem in Salvelt præſent.

Paren. Ad capellam S. Katharinæ in Paren inſtit. Joh. Pelliſicis, per plebanum in Knaw præſent.

Peſſnick. Ad parochiam in Peſſnick præſentant principes.

Digitized by Google

Ad vicariam b. Mariæ in eccleſia S. Bartholomæi in Peſſnick ex obitu Johannis Aurifabri inſt. fuit Martinus Tript, per proconſules ibidem præſent.

Ranis. Ad parochiam in Ranis Henricus de Brandenſteyn præſentat.

Ad vicariam altaris S. Crucis in eccleſia b. Mariæ in Ranis inſt. Anthonius de Eckersberga, per proconſules & conſules ibidem præſent.

Rentendorff. Ad parochiam in Rentendorff inſt. N. per Caſparum vom Hayn præſent.

Schondorff. Ad parochiam in Schondorff vacantem ex reſignatione Martini Canis inſt. fuit Nicolaus Flomberg, per Katharinam de Obernitz præſent.

Tenebach. Ad capellas in Tenebach & Opplig ex reſignatione Henrici Schulmeiſter inſtit. fuit Gerlacus Müller, per Eberhardum & abbatem de Brandenſteyn præſent.

Tript. Ad parochiam in Tript præſentant principes.

Volckmansdorff. Ad vicariam S. Humberti in Volckmansdorff noviter fundatam inſt. eſt Eckardus Liboldi, per Joh. Obernitz, præſent.

Wernberg. Ad capellam XI. mill. virg. in Wernberg ex obitu Gotfridi Roder inſt. Dionyſius Heiling, per Georium de Brandenſteyn præſent.

Wyra. Ad vicariam S. Johannis evang. Annæ & Crucis in capella S. Nicolai in Wyra ex reſignatione Hermanni Frundt inſt. Hermannus Loſener, per plebanum in Neunhofen præſ.

Zigenruck. Ad parochiam in Zigenruck præſentant principes.

Ad vicariam b. Mariæ virg. in parochia oppidi Czigenruck inſt. eſt Conradus Notlich, per principes præſent.

XII.

XII. Sedis Rembda.

Blanckenberg. Ad vicariam S. Katharinæ in Blanckenberg inſt. Joh. Wintorff, per proconſules præſent.

Ad vicariam b. Mariæ in Blanckenbergk noviter fundatam inſt. Wido Cirix, per proconſules ibid. præſent.

Brunsdorff. Ad parochiam in Brunsdorff inſt. fuit Joh. Alich, per abbatem Cellæ Paulinæ præſent.

Eychenfelt. Ad parochiam in Eychenfelt &c. per plebanum in Rudolfſtat præſent.

Fiſchersdorff. Ad parochiam in Fiſchersdorff inſt. N. per abbatem montis S. Petri præſent.

Fridebach. Ad parochiam in Fridebach inſt. N. per plebanum in Schada præſent.

Ad capellam S. Nicolai in Fridebach ex reſignatione Joh. Schrot inſtit. fuit Nicolaus Mutterich, per abbatem in Salvelt præſent.

Golis. Ad parochialem eccleſiam in Golis inſt. N. per Conradum de Poppenheym præſent.

Ad vicariam S. Laurentii capellæ minoris Golis noviter fundatam inſt. Joh. Elxmann, per Heymbergen præſent.

Gorndorff. Ad parochiam in Gorndorff inſt. N. per conſules in Salvelt præſent.

Gothwin. Ad capellam in Gothwyn inſtit. Dionyſius Heiling, per abbatem in Salvelt præſent.

Graben. Ad parochiam in Grabe inſt. fuit Albertus Stegelitz, per abbatem in Salfelt præſent.

Ad vicariam b. Mariæ in Graben fundatam per Scultetum abbat. in Salvelt inſt. Henricus Preſſin, per dictum Scultetum præſent.

Ad vicariam b. Mariæ in Graba ex reſignatione Georii

Mertzſch

Mertzſch inſt. eſt Sebaldus Zigler, per advocatum monaſterii Salveldenſis præſent.

Greventall. Ad vicariam Ægidii & OO. SS. in Greventall inſt. eſt Joh. Scheuer doctor, per Sebaſtianum de Poppenheym præſent.

Haſſela. Ad parochiam in Haſſela &c. per plebanum in Rudolſtat præſent.

Heberndorff. Ad parochiam in Heberndorff noviter erectam inſt N. per comitiſſam de Swartzpurg præſent.

Hon-Eicha. Ad parochiam in Hon-Eicha inſt. N. per abbatem in Salvelt præſent.

Ihamen. Ad parochiam in Ihamen præſentavit abbas Salveldenſis.

Katernaw. Ad vicariam S. Katharinæ in capella Katernaw noviter fundatam inſt. eſt Nicolaus Merler, per abbatem in Salvelt præſent.

Kilhawen. Ad capellam in Kylhaw vacantem ex reſignatione Henrici Karoli inſt. eſt Petrus Tirbach, per abbatem in Salvelt præſent.

Ad capellam b. Mariæ virg. in Kilhawen ex obitu Johannis Fideler inſtit. Nicolaus Hirſch, per abbatem Salveldenſem præſent.

Lawenſteyn. Ad vicariam S. Nicolai in Lawenſteyn inſt. Wilhelmus Sartoris, per comitem &c.

Lockewitz. Ad parochiam in Lockewitz infer. inſt. N. per abbatem in Salvelt præſent.

Lomen maj. Ad parochiam in Lomen maj. per comitem de Glichen præſent.

Ad parochiam in Lomen inſtit. N. per abbatem in Salvelt præſent.

Ad parochialem eccleſiam S. Jacobi prope Lomen ex reſigna-

ſignatione Conradi Piſtoris inſt. Henricus Puchart, per abbatem in Salvelt præſent.

Ludwigisdorff. Ad parochiam in Ludwigisdorff ex obitu Guntheri N. inſtit. Georius Stroman, per comitem Swartzpurg præſent.

Quittilsdorff. Ad parochiam in Quittilsdorff &c. per abbatem in Salvelt præſent.

Rembda. Ad parochiam in Rembda &c. per comitem de Glichen præſent.

Rhomen. Ad capellam in Rhomen inſt. Reynhardus Auw, per Johannem Trogſes militem præſent.

Rudelſtat. *) Ad vicariam b. Mariæ in parochia Rudelſtat inſt. fuit Fridericus Kelner, per Joh. Hartmannum & Erneſtum de Kocheberg præſent.

Ad primiſſariam ſive vicariam S. Crucis in Rudolſſtat ex reſignatione Conradi Erlich inſt. Conradus Bechman, per plebanum ibidem præſent.

Ad vicariam capellæ S. Eliſabeth in Rudelſtat inſt. Henricus Goſsmann, per abbatem in Konicken præſent.

Ad vicariam S. Crucis in Rudelſtat inſt. Albertus Herwich, per Jacobum Hartmann præſent.

Ad capellam S Laſari, Mar. Magdalenæ & Margarethæ in Rudelſtat noviter erectam, per plebanum ibidem præſent.

Salvelt. **) Ad capellam S. Salvatoris in Salvelt in ponte ex obitu Nicolai Koburck inſt. fuit Johannes Reynoldi, per conſules & communitatem ibidem præſent.

Ad

*) Vid N. XXIII a & b.

**) Jus patronatus eccleſiæ parochialis Salfeldenſis parthenoni ord. S. Benedicti ibidem inſtaurando confertur à Gunthero comite in Kefernburg. Biennio hoc monaſterium translatum eſt in oppidum Ilmam. *Thur. ſacr.* pag. 563.

Ad capellam hoſpitalis in Salvelt inſt. fuit Joh. Reynoldi, per conſules & communitatem præſent.

Ad vicariam ſive capellam Leproſorum ante portam Salveldenſem ex obitu Nicolai Tauberte vacantem inſt. Eobanus Cleynſchmet, per Fridericum Dhone in Oberintz præſent.

Ad vicariam corporis Chriſti in eccleſia S. Johannis in Salvelt inſt. N. per proconſules præſent.

Schada. Ad parochiam in Schada inſt. N. per abbatem in Salvelt præſent.

Schawenforſt. Ad capellam in Schawenforſt ex obitu Ottonis Kryck inſt. fuit Henricus Decker, per Wilhelmum comitem de Orlamunde præſent.

Sundt-Rembda. Ad parochiam in Sundt-Rembda inſt. N. per præpoſitum S. Auguſtini Erfford. præſent.

Techreden. Ad parochiam in Techreden ex obitu Michaëlis Molitoris inſt. Conradus Molitoris, per Henricum & Theodor. de Bilwitz præſent.

Teſchitz. Ad parochiam in Teſchitz, per Henricum de Schaumburg præſent.

Tuchilde. Ad parochiam in Tuchilde inſt. Nicolaus Scheffer, per comitem in Swartzpurg præſent.

Wellenborn. Ad parochiam in Wellenborn inſt. fuit N. per abbatem in Salvelt præſent.

Wiſpach. Ad parochiam in Wiſpach inſtit. eſt N. per Jodocum Paſſeck præſent.

XIII. Sedis Reynsdorff.

Alerſtet. Ad vicariam S. Erhardi, per Chriſtianum de Witzleben præſent. N.

Bretla. Ad parochiam in Bretla, per commendatorem ordinis S. Lazari præſentatus N.

Bret-

Digitized by Google

Bretla Cyriaci. Ad parochiam in Bretla Cyriaci ex reſignatione Henrici Schillen inſt. Joh. Hemeleben, per abbatem in Oldisleben.

Buch. Ad vicariam S. Katharinæ & Nicolai in Buch, per Joh. Koller præſent. N.

Ad vicariam Nicolai, Katharinæ & Barbaræ in Buch ex reſignatione Danielis Meder inſtit. Henricus Zigler, per Jacobum Koller præſent.

Crichgehofen. Ad parochiam in Crichgehofen, per comitem de Honſtein præſent. N.

Gehofen. Ad vicariam b. Mariæ in Gehofen inſt. fuit Conradus Scherfehen, per Henricum Hacken militem præſ.

Ad vicariam corporis Chriſti & Mariæ virg. noviter inſtauratam, per Henricum de Benningen præſent. N.

Ad vicariam S. Barbaræ, per Jacobum Hacke præſ. N.

Ad vicariam corporis Chriſti & Nicolai ex reſignatione Joh. Oſthuſen, per Conradum Trebern præſent. N.

Helderungen. Ad parochiam in Helderungen ſuper. ex reſignatione Conradi Scherſe vacantem inſt. eſt Henricus Heiligeſtat, per comitem ibidem præſent.

Ad vicariam b. Mariæ in caſtro Helderungen inſtit. fuit Fridericus Danielis, per comitem ibidem præſent.

Huſſ- Helderungen. Ad vicariam S. Wigberti in Huſſ-Helderungen, per comitem præſent. N.

Memeleben. Ad parochiam in Memeleben ex obitu Martini Krebs inſtit. eſt Conradus de Wihe, per præpoſitum ibidem præſent.

Nuſes. Ad parochiam in Nuſes inſt. N. per plebanum in Gehofen præſent.

Remsdorff. Ad parochiam in Remsdorff, per D. noſtrum præpoſitum præſent. N.

Digitized by Google

Ruteburg. Ad parochiam in Ruteburg inſt. fuit Henricus Wildungen, per D. de Quernfert præſent. dein præſentavit abbas in Walckenrede.

Schmedehuſen. Ad parochiam S. Cyriaci prope Schmedehuſen, per præpoſitum in Hall præſent.

Schonewerde. Ad capellam b. Mariæ in Schonewerde inſt. fuit Henricus Heiligeſtat, per validum Johannem Danielem præſent.

Ad vicariam b. Mariæ in Schonewerde, per Georium de Hopffgarten præſent. N.

Tondorff. Vicaria S. Cyriaci in Tondorff. Vicaria evangeliſtarum ibid.

Wihe. Ad vicariam Mariæ, Petri, Fabiani & Sebaſtiani, X. mill. militum in Wihe inſt. eſt Joh. Crafft, per Georium Schober præſent.

Ad vicariam b. Mariæ in eccleſia S. Bartholomæi in Wihe, per proconſules præſent. N.

Wolmerſtet. Ad parochiam in Wolmerſtet inſtit. Caſpar Schiltknecht, per validum Carolum de Schydingen præſent.

Vicaria trium regum in Wolmerſtet. Vicaria b. Mariæ ibid.

XIV. Sedis Schydingen.

Balgenſtet. Ad vicariam S. Mariæ in Balgenſtet ex reſignatione Johannis Lodemar inſt. fuit Karolus de Schidingen, per Fridericum Lantgravium Thuringiæ præſent.

Ad vicariam S. Gangolffi in capella ejusdem in Balgeſtet inſt. Georius Trimel, per Nicolaum Nuſtat fundatorem præſ.

Bebra. Ad parochiam in Bebra præpoſitus ibidem præſentat.

Ad parochiam ſive capellam S. Ægidii in Bebra ex reſigna-

ſignatione Nicolai Piſtoris inſt. Nicolaus Kolling, per præpoſitum ibid. præſent.

Kirch - Schydingen. Ad parochiam in Kyrch - Schydingen ex obitu Caroli Kunt inſtit. Eylerus de Rockhuſen, per epiſcopum Bambergenſem præſent.

Luchaw. Ad vicariam S. Georii in Luchaw per proconſules præſent. N.

Ad vicariam S. Katharinæ in Luchaw inſt. Joh. Vipech, per proconſules præſent.

Ad vicariam corporis Chriſti inſtit. Nicolaus Hofeman, per proconſules præſent.

Nebra. Ad parochiam in Nebra ex reſignatione Joh. de Lomen inſt. fuit Thomas de Lomen, per Lantgravium Thuringiæ præſent.

Ad vicariam S. Johannis evang. in Nebra ex obitu Henrici Hartz inſt. Petrus Richart, per proconſules præſent.

Ad vicariam S. Barbaræ ex obitu Conradi Weſtvall inſt. Conradus Memel, per plebanum ibidem præſent.

Ad vicariam corporis Chriſti in Nebra ex obitu N. Kulling inſt. magiſter Michael Textoris, per Fridericum de Niſsmyntz præſent.

Oberndorff. Ad parochiam in Oberndorff præſentat Karolus de Schidingen, dein conſulatus in Luchaw.

Weynigen. Ad parochiam in Weynigen, per plebanum in Kyrch - Schidingen præſent. N.

Wippich. Ad parochiam S. Sebaſtiani in Wippich annexam, ut dicitur, eccleſiæ b. Mariæ & Georii in Nebra inſt. Johannes Trotten, per plebanum ibid. præſent.

XV. Sedis Summerde.

Aroldishuſen. Ad parochiam in Aroldishuſen, per mor-

Digitized by Google

tem Joh. Heidentrich vacantem inſt. fuit Bertoldus Steynmetz, per comitem de Bichlingen & Henricum ac Hermannum Beringer præſentatus. Dein præſentavit comes in Stolberg.

Vicaria b. Mariæ. ibid.

Brampach. Ad parochiam in Brampach in Wenden præſentat præpoſitus Northuſenſis.

Cranchborn. Ad parochiam in Cranchborn ex reſignatione Theodor. Andreæ Struſs N. per Hugonem Brun præſent.

Frondorff. Ad parochiam in Frondorff præſentat abbatiſſa in Franckenhuſen.

Ad vicariam b. Mariæ in Frondorff inſt. fuit Johannes Heiling, per comitem de Bichelingen præſent.

Kaldenborn. Ad parochiam in Kaldenborn altariſta in Spreten præſentat.

Ad vicariam in Kaldenborn altariſta in Spreten præſentat.

Ranſtet. Ad eccleſiam deſolatam in Ranſtet proconſules Erfordienſes præſentant.

Rorborn. Ad parochiam in Rorborn conſules Erfordienſes præſentant.

Schalckenberg. Ad parochiam in Schalckenberg inſtit. Burchardus Voyt, per plebanum S. Bonifacii in Somerde præſ.

Ad vicariam S. Mariæ in Schalckenberg ex reſignatione Criſtiani Dorla inſt. Henricus Sangerhuſen, per plebanum præſ.

Ad vicariam S. Cyriaci inſt. Johannes Monner.

Sommerde. Ad vicariam S. Petri in Sommerde per D. Joannem vicarium ibidem præſent.

Ad vicariam S. Andreæ & aliorum apoſtolorum ex reſignatione Severi Czymmern inſtit. Johannes Gerung, per Joannem Fladung plebanum eccleſiæ S. Petri in Sommerde præſentatus &c. Dein

Ego

Digitized by Google

Ego Henricus Boſſe impetravi & inſt. ſum anno 1495.

Ad parochiam in minori Sommerde inſt. fuit Joh. de Lobeda, per Joh. Molsleb &c. præſent.

Ad vicariam S. Margarethæ & Magdalenæ ex reſignatione Johannis Hildebrant inſt. Nicolaus Breitung, per ſcultetum ad nominationem plebani & altariſtæ præſent.

Sommerde maj. Ad vicariam b. Mariæ in eccleſia S. Bonifacii in Sommerde maj. ex obitu Nicolai Lobeda inſt. Martinus Bercka, per abbatem Fuldenſem præſent.

Ad vicariam S. crucis in eccleſia S. Bonifacii in Somerde majori ex reſignatione Conradi Helmboldi inſtit. Henricus Romershuſen, per plebanum in majori Somerde præſent.

Ad parochiam in Somerde Bonifacii habet præſentare abbas Fuldenſis. D. Henricus de Bromheym in Maguncia poſſidet, forte acceptavit vigore gratiæ expectativæ.

Spreten. Ad parochiam in Spreten ex reſignatione Andreæ Zymmermann inſt. Johannes Hofill, per præpoſitum in Northuſen præſent.

Vippich. Ad parochiam Vippich conſules Erffordienſes præſentant.

Ad vicariam S. Ægidii in capella S. Petri ante caſtrum Vippich conſules Erffordienſes præſentant.

Voilſpurg. Ad parochiam in Voilſpurg inſt. Nicolaus Bamberger, per præpoſitum Northuſenſem præſent. *)

Ad

*) An MCCCCLXXXII Otto præpoſitus eccleſiæ S. crucis in Northauſen archiepiſcopo Mog. litteras ſupplices exhibuit pro eccleſia S. Nicolai in minori Brampach à parochiali in Voilspurgk ſeparanda. Parochus in Voilspurg ſuum addidit aſſenſum. Utramque chartam habes ſub N is LXXXII ſq. An. MCCCC XII die 26 Martii Joannes archiep. Mog. conceſſit ſeparationem eccleſiæ S. Kiliani in villa Brampach à matrice iu Voilſperg, cujus jus patronatus ad præpoſitum S. crucis in Northuſen ſpectabat. *Gud.* Tom. IV, p. 87.

Digitized by Google

Ad vicariam b. Mariæ & Eliſabeth in Voilspurg inſtit. Nicolaus Heider, per ſcultetum ibidem ratione officii ſui præſ.

Ad vicariam S. Joannis bapt. ex reſignatione Henrici Meler inſt. Joannes Plaw, per plebanum præſent.

Zymmern. Vicaria S. Katharinæ in eccleſia S. Petri in Zymmern.

XVI. Sedis Utenbich.

Awerſtet. Ad parochiam in Awerſtet præpoſitus S. Mauritii prope Numburg præſentat.

Ad vicariam b. Mariæ, Crucis, Andreæ, Nicolai, Katharinæ in Awerſtet inſt. Joh. Hacke, per Joh. Koller præſ.

Buntzſcheraw. Ad parochiam in Buntzſcheraw præſentat epiſcopus Numburgenſis.

Deutzſchen-Ihen. Ad parochiam in Deutzſchen-Ihen inſt. fuit Ambroſius Merſeburgk, per abbatem S. Georii prope Numburg præſent.

Dorenberg. Ad parochiam in Dorenberg ex obitu Nicolai Nack inſt. Thomas Zwickaw, per præpoſitum in Numburg præſent.

Ad capellam S. Crucis & b. Mariæ prope Dornberg præſentat Otto de Wulſtorff.

Eckelſtet. Ad parochiam in Eckelſtet præſentat præpoſitus eccleſiæ Numburgenſis.

Ad vicariam b. Mariæ in Eckelſtet ex reſignatione Johannis de Eckelſtet inſtit. Vincentius Sachſe, per proviſores villæ prædictæ præſent.

Eckersberga. Ad parochiam in Eckersberga præſentat præpoſitus S. Mauricii Numburgenſis.

Ad vicariam omnipotentis Dei, b. Mariæ, Joh. bapt. & omnium apoſtolorum in Eckersbergk proconſul præſentat.

Ad

Ad vicariam S. Urbani in eccleſia S. Mauricii in Eckersberge præſentant proconſules.

Gynna antiqua. Ad parochiam in Gynna antiqua præſentat Beringerus de Meldingen & Georgius de Meldingen.

Haſſenhuſen. Ad parochiam in Haſſenhuſen inſt. fuit Joh. Tormprecht, per validum Conradum Schenck præſent.

Heringen. Ad parochiam in Heringen maj. præſentat prioriſſa, cuſtrix & conventus in Iſenberg.

Hermſtet. Ad parochiam in Hermſtet inſt. Mathæus Mezener, per abbatem & conventum in Capelndorff præſent. *)

Holtzhuſen infer. Ad parochiam in Holtzhuſen infer. ex obitu Joh. Gobill vacantem inſtit. fuit Henricus Beyger, per præpoſitum canonicorum regularium S. Mauricii extra Numburg præſent.

Holtzhuſen ſuper. Ad parochiam in Holtzhuſen ſuper. præſentat præpoſitus, abbatiſſa &c. in Marientall.

Kamburgk. Ad parochiam in Kamburgk inſt. Henricus Ihan, per prioriſſam & conventum in Iſenberg præſent.

Koderitzſch. Ad parochiam in Koderitzſch inſt. Burchardus Boſſe, per abbatem in Reynhartzborn præſent.

Libeſtet. Parochia Libeſtet dicitur incorporata. Commendator præſentat bis ad eandem.

Lyſtorff. Ad parochiam in Lyſtorff præſentat abbas in Porta.

Meler infer. Ad parochiam in Meler infer. præſentat abbas in Porta.

Meler ſuper. Ad parochiam in Meler ſuperiori præſentat præpoſitus in Heſſeler.

Monch-

*) An. MCCCXLVIII Albertus Burggravius de Kirchberg cœnobio ſanctimonialium in Capelndorff appropriat jus patronatus eccleſiæ parochialis in Hermenſtett. Vid. *Avemann Kirchberg, Geſchichte* p. 69.

Digitized by Google

Monch-Goſſerſtet. Ad parochiam in Monch-Goſſerſtet præſentatus Nicolaus Zeil, per moniales in Iſenberg.

S. Petri mons. Ad parochiam montis S. Petri inſt. Herwicus Wartmann, per abbatem in Burgelin præſent.

Rauſtet. Ad parochiam in Rauſtet præſentat præpoſitus S. Mauricii Numburgenſis.

Rogehuſen. Ad parochiam in Rogehuſen præſentat abbas in Porta.

Ad vicariam Petri & Pauli in Rogehuſen ex reſignatione Joh. Brower inſtit. Andreas Kamsdorff, per abbatem in Porta præſentatus.

Schmedehuſen. Ad parochiam in Schmedehuſen præſentat prioriſſa in Iſenberg.

Spilberg. Ad parochiam in Spilberg inſt. N. per abbatem in Porta præſent.

Steindorff. Ad parochiam in Steyndorff præſentat epiſcopus Numburgenſis.

Sulza. Ad parochiam in Sulza oppido ex reſignatione Eraſmi Billich inſt. Joh. Uffreger, per Hermannum de Eberberg ex jure hæreditario præſent.

Ad parochiam in Sultza præpoſitus Merſeburgenſis præſentat, dein inſt. Martinus Seiler, per præpoſitum in Sultza. *)

Ad vicariam S. Joannis bapt. in Sulza oppido ex obitu Henrici Engelhardt inſtit. Nicolaus Bertoldi, per Henricum Ebersberg præſent.

Ad vicariam S. Joh. evang. in eccleſia collegiata montis Sulza ex reſignatione Johannis Holtzapffel inſt. Joh. Craft, per Georgium Weiſe præſent.

Ad vicariam S. crucis in Sultza fundatam per D. Scolaſticum

*) Vid. N. CXIX — CXXVI.

laſticum ibidem inſtit. Johannes Dytlich, per eundem Scolaſticum præſent.

Ad parochiam S. Wigberti in Sulza inſt. Martinus Molitor, per D. Guntherum de Bunaw, ut præpoſitum in Sulza, præſentatus.

Sultza prope Rotenberg. Ad parochiam in Sultza prope Rotenberg ex reſignatione Tilemanni Czygeler inſt. Conradus Meylin, per Rudolffum Steube oppidanum Erfford. præſent.

Trebra infer. Ad parochiam in Trebra infer. præſent. Bertoldus Menges, per præpoſitum regularium in Czymſchow.

Trebra ſuper. Ad parochiam in Tebra ſuper. inſt. fuit Nicolaus Regis, per abbatem in Porta præſent.

Wormſtet. Ad parochiam in Wormſtet præſentat Joh. Monnich.

XVII. Sedis Wymar.

Alndorff. Ad vicariam S. Katharinæ in Alndorff prope Aldenberga inſt. N. per comitem de Glichen præſ.

Bechſtet. Ad parochiam in Bechſtet ex reſignatione Joannis Funckel inſtit. fuit Cyriacus Hering, per abbatem monaſterii S. Petri præſent.

Bercka. Ad vicariam S. Erhardi in caſtro Bercka præſentat N. de Witzleuben.

Boſſendorff. *) Ad parochiam in Boſſendorff inſt. N. per præpoſitum, abbatiſſam &c. novi operis præſent.

Buttelsdorff. Ad parochiam in Buttelsdorff præſentat plebanus in Orlamunde.

Czeutzſch. Ad capellam in Czeutzſch inſt. N. per plebanum in Orlamunde præſent.

*) Vid. N. IX a.

Digitized by Google

Denſtet. *) Ad parochiam in Denſtet plebanus in Orlamunde præſentat.

Sonſtet parochia. Die Mercurii, XVIII m. Aprilis ad parochialem eccleſiam villæ Sonſtet ex libera reſignatione D. Johannis Leonis, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Heinricus Steynbergk, presbyter Magunt. diœc. nobis per rev. patrem D. Nicolaum abbatem monaſterii cellæ Paulinæ præſent. &c.

Etzleuben parochia. Die Lunæ, XXIII m. Aprilis ad parochialem eccleſiam villæ Etzleubenn, ex libera reſignatione D. Johannis Molitoris, vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Luckmann, presbyter Magunt. diœc. nobis per generoſum D. Heinricum comitem de Schwartzpurgk Dn. in Arnſtat & Sundershuſen præſentatus &c.

Stedenn parochia. Die Martis, XXIV m. Aprilis ad parochialem eccleſiam b. Mariæ virg. in Stedenn, ex libera reſignatione D. Johannis Kuorn, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Caſparus Schonefelt, presbyter Magunt. diœc. nobis per Dn. Volgkmarum Stoltze, plebanum in Huſſbichlingen præſent. &c.

Schunra vicaria. Eodem die ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia villæ Schunra inſt. fuit venerabilis D. Mag. Andreas Frowin, presbyter Magunt. diœc. nobis per D. Johannem Nobler plebanum prædictæ villæ præſent. &c.

Wernburgk capella curata. Die Jovis, decima m. Maji ad

capellam S. Urſulæ in Wernburgk, ex obitu quondam D. Johannis Kramer, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Kramer, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Johannem de Brandenſteyn ibidem præſent. in perſonam Andreæ Buchern legitimi ſui procuratoris &c.

Mauritii vicaria. Die Sabbati, XII m. Maji ad vicariam altaris b. Mariæ virg. & S. Katharinæ in parochiali eccleſia S. Mauritii oppidi Erffordenſis, ex obitu quondam D. Nicolai Piſtoris, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Jacobus Holtegel, clericus Magunt. diœc. nobis per honorabilem & providum viros Henricum Furhe, plebanum, & Henricum Heumel ac Johannem Roſſe, Aldermann dictæ eccleſiæ S. Mauritii præſent. &c.

Laurentii vicaria. Eodem die ad vicariam altaris b. Mariæ virg. omnium animarum & S. Jacobi, in parochiali eccleſia S. Laurentii oppidi Erffordenſis ſiti, ex obitu quondam D. Heinrici Zucken, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Grefenaue, clericus Magunt. diœc. nobis per rev. patrem D. Georgium abbatem monaſterii S. Petri oppidi Salveldenſis, tanquam prælatum, & D. Heinricum Kircheym fratrem profeſſum ejusdem monaſterii, verum patronum præſent. &c.

Nuſſes vicaria Die Veneris, decima octava Maji ad vicariam altaris S. Nicolai in parochiali eccleſia villæ Nuſſes Magunt. diœc. ex obitu quondam D. Nicolai Piſtoris, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Plauwe, presbyter dictæ Magunt. diœc. nobis per providos & prudentes proconſules & conſules oppidi Erffordenſis prædicti præſentatus &c.

Hauſsbichlingen vicaria. Die Mercurii, XXIII m. Maji ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia S. Ægidii

dii in Hauſsbichlingen ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Muntzers, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Caſparus Dommenhayn, presbyter Magunt. diœc. nobis per generoſum D. Adam comitem & Dom. in Beichlingen præſentatus &c.

Willerſtet parochia. Die Jovis, XXIV m. Maji ad parochialem S. Albani in Willerſtet ex obitu quondam D. Severi Burſch, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Lapicidæ, presbyter Magunt. diœc. nobis per venerabilem & egregium virum D. Theodericum de Witzleuben, utriusque juris doctorem, militem ac validum Georium Patruelis præſentatus &c.

Wymar oppidi parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam S. Petri apoſt. oppidi Wymarienſis, ex libera reſignatione D. Mathæi Ludowici, ordinis Theutonicorum, vacantem, inſt. fuit D. Conradus Molitoris, frater Baliviæ Thuringiæ hoſpitalis b. Mariæ virg. ordinis Iheroſolimitani Theutonicorum, nobis per D. Heinricum de Kranewinckel commendatorem provincialis Baliviæ Thuringiæ ordinis predicti præſentatus &c.

Schwartza parochia. Die Veneris, XXV Maji ad parochialem eccleſiam S. Laurentii villæ Schwartza, ex obitu quondam D. Friderici Piſtoris, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Zeunner, presbyter Magunt. diœc. nobis per nobilem & generoſum D Guntherum comitem in Schwartzburgk Dn. in Arnſtat & Sundershuſenn præſent. &c.

Luchaue vicaria. Eodem die ad vicariam altaris S. Katharinæ, in parochiali eccleſia Luchau ſiti, ex obitu quondam D. Nicolai Freudenzail, noviſſimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Balthaſar Hallis, presbyter Magunt. diœc. nobis

Digitized by Google

per providum & prudentes proconſules, conſules & conſulatum oppidi Luchau præſent. &c.

Loquitz ſuperior parochia. Die Mercurii, penultima Maji ad parochialem eccleſiam in Loquitz ſuperiori, ex obitu quondam D. Nicolai Kommerlin, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Lupfart, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Sebaſtianum de Bappenheym, ſacri Romani imperii archimarſchalcum, præſent. &c.

Oberndorff vicaria. Die Sabbati, ſecunda m. Junii ad altare b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia villæ Oberndorff ſitum, ex obitu quondam D. Friderici Piſtoris, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacans, inſt. fuit D. Mathias Fridern, presbyter Magunt. diœc. nobis per nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk Dn. in Arnſtet & Sundershuſen præſentatus &c.

Ollersleuben vicaria. Die Lunæ, quarta m. Junii ad vicariam altaris S. Cyriaci, in parochiali eccleſia S. Wiperti villæ Ollersleuben ſiti, ex libera reſignatione D. Caſpari Thummenhayn vacantem, inſt. fuit D. Johannes Munzcher, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Wigpertum de Collede præſentatus &c.

Confirmatio archipresbyteri ſedis Peſſnick. Die Sabbati, ſecunda m. Junii ad officium archipresbyteratus ſedis Peſſnigk ex obitu quondam D. Johannis Kremers, noviſſimi rectoris ejusdem, vacans, electus atque confirmatus fuit D. Johannes Beyermoller, plebanus in Ranis, per venerabilem virum D. officialem præpoſituræ b. Mariæ virg. Erffordienſis ex negligentia plebanorum ejusdem ſedis præſent. &c.

Confirmatio archipresbyteri ſedis Leubingen. Die Martis, quinta m Junii ad officium archipresbyteratus ſedis Leubingen ex libera reſignatione D. Johannis Knorr, ejusdem noviſſimi

viſſimi

Digitized by Google

viſſimi rectoris, vacans, inſt. atque confirmatus fuit D. Georgius Mulich, plebanus in Aldenbichlingen, nobis per plebanos ejusdem ſedis præſent. &c.

Bretla vicariatus. Eodem die ad vicariatum ſive regimen parochialis eccleſiæ S. Johannis bapt. in Bretla, menſæ hoſpitalis oppidi Gothenſis ordinis S. Johannis bapt. militiæ Iheroſolimitanæ, unitæ & incorporatæ quovis modo, vacantem, inſt. fuit D. Jacobus Ryman, presbyter dicti ordinis profeſſus, nobis per venerabilem fratrem Petrum Clopſteyn commendatorem ſupradicti ordinis præſent. &c.

Praeſentatio vicariae Rudeſtet major. Die Mercurii, viceſima m. Junii ad vicariam altaris S. Nicolai in parochiali eccleſia villæ Rudeſtet maj. ſiti, ex obitu quondam D. Heinrici Bernhardi, noviſſimi poſſeſſoris, vacantem, venerabiles & egregii viri D. Symon Voltzken, utriusque juris doctor, cantor, Heinricus Rudiger ſenior, Nicolaus Ottonis, Sigismundus Thomæ de Stockheym, Nicolaus Rottendorffer, Jodocus Trutvetter & Hermannus Sergis de Dorſten, ſacræ Theologiæ doctores, canonici eccleſiæ b. Mariæ virg. capitulariter in ambitu eccleſiæ prædictæ congregati, unanimiter & nomine capituli honorabilem virum D. Johannem Selnheym, presbyterum Magunt. diœc. præſentem, inſtantem & humiliter petentem venerabili viro D. officiali præpoſituræ eccleſiæ b. Mariæ præfatæ præſentarunt, una cum eodem præſentato ſupplicantes, quatenus ipſum ad eandem inſtituere & inveſtire ſibique de fructibus &c. reſponderi mandare dignaretur, adhibitis ſolemnitatibus ſolitis & conſuetis Actum Erffordiæ in ambitu eccleſiæ prædictæ, præſentibus ibidem providis viris Hederico Dorſeiff & D. Erhardo Giſſeler teſtibus.

Rudeſtet major vicaria. Die Veneris, XXII m. Junii ad vicariam altaris S. Nicolai in parochiali eccleſia villæ Rudeſtet majo-

majoris ſiti, ex obitu quondam D. Heinrici Bernhardi, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Selnheym, presbyter Magunt. diœc. nobis per venerabiles & egregios viros D. Symonem Voltzken, utriusque juris doctorem, cantorem, Heinricum Rudiger ſeniorem canonicum & capitulum eccleſiæ b. Mariæ virg. Erfford. præſent. &c.

Thomæ vicaria. Die Jovis, XXVIII m. Junii ad vicariam altaris S. Salvatoris & b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia S. Thomæ oppidi Erffordenſis ſiti, ex reſignatione D. Johannis Plaue, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Coci, clericus Magunt. diœc. nobis per providum Johannem Moller & Johannem Gerhart, Aldermannum dictæ eccleſiæ, vigore cujusdam alternationis, quam cum plebanis ejusdem parochiæ habent, præſent. &c.

Arnſtat vicaria. Eodem die ad vicariam altaris S. Annæ in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. oppidi Arnſtadenſis ſiti, ex reſignatione D. Volgkmari Steden, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Bertholdus Steynbach, presbyter Magunt. diœc. nobis per nobilem D. Guntherum comitem in Schwarczburg Dn. in Arnſtat & Sundershauſen præſent. &c.

Johannis vicaria. Die Martis, tertia m. Julii ad vicariam altaris S. Michaelis, Petri & Pauli apoſt. Eraſmi & Urſulæ in parochiali eccleſia S. Johannis oppidi Erffordenſis ſiti, ex obitu quondam D. Gerhardi Kheubs, noviſſimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Mag. Johannes Trebra, presbyter Mogunt. diœc. nobis per providum Erhardum Korn & Volgkmarum Finckelthaus, prædictæ parochialis eccleſiæ Altermannos, præſentatus, ſalva tamen reſciſſione inſtitutionis, ſi legitimus contradictor ſupervenerit & proclama debite non executa foret, &c.

Nicolai parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam S. Ni-

S. Nicolai oppidi Errfordenſis, ex libera reſignatione D. Jacobi de Gewer, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Jacobus Muſt, confrater domus Eliſabeth prope Marpurgk ordinis Theutonicorum, nobis per fratrem & D. Theodericum Cleen commendatorem cæterosque confratres præfatæ domus præſentatus &c.

Arnſtat vicaria. Die Mercurii, quarta Julii ad vicariam altaris S. crucis & Sigismundi in parochiali eccleſia S. Jacobi oppidi Arnſtadenſis ſiti, ex libera reſignatione D. Bertholdi Steinbachs, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Volgkmarus Stede, presbyter Magunt. diœc. nobis per nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk Dn. in Arnſtat & Sundershauſen præſent. &c.

Treytzſch, Hungersdorff, Steynbrucken, capellae. Eodem die ad capellas S. Johannis in Treutzſch ac Hungersdorff & Steynbrucken, prædictæ capellæ unitas, ex libera reſignatione D. Johannis Fründes, ultimi poſſeſſoris earundem, vacantes, inſt. fuit D. Johannes Linck, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Heinricum de Eichich ibidem præſentatus &c.

Arnſtat vicaria. Die Jovis, quinta m. Julii ad vicariam altaris S. Annæ, in parochiali eccleſia S. Jacobi oppidi Arnſtadenſis ſiti, ex libera reſignatione D. Volgkmari Stede, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Bertholdus Steynbach, presbyter Magunt. diœc. nobis per D. Guntherum comitem in Schwartzburgk Dn. in Arnſtat & Sundershauſen præſent. &c.

Huchelheym parochia. Die Jovis, XII Julii ad parochialem eccleſiam villæ Huchelheym ex obitu quondam D. Gerhardi Keübs, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Theodericus Peutzer, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Theodericum Worm armigerum præſent. &c.

Mathiae vicaria. Eodem die ad vicariam altaris b. Ma-

tiæ virg. in parochiali eccleſia S. Mathiæ oppidi Erffordenſis ſiti, ex obitu quondam D. Hermanni Tudden, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem inſt. fuit D. Ludowicus Schlirn, clericus Magunt. diœc. nobis per D. Heinricum Schornborn plebanum præfatæ parochialis eccleſiæ præſent. &c.

Praeſentatio vicarii S. Mauritii. Die Lunæ, XXIII m. Julii ad vicariam altaris b. Mariæ virg. & S. Katharinæ in parochiali eccleſia S. Mauritii oppidi Erffordenſis ſiti, ex obitu quondam D. Nicolai Piſtoris, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, Chriſtianus Goltpach, Nicolaus Butſtet, capitanei, Marcus Butſtet & Balthaſar Ruff ſeniores prædictæ parochiæ jus juri accumulantes, inhærendo quoque & approbando præſentationem nuper per plebanum & altariſtas ante dictæ parochiæ die Sabbati, duodecima Maji, ad prædictam vicariam D. Jacobo Holtegel factam, ad petitionem ejusdem D. Jacobi omnibus melioribus modo &c. præſentarunt venerabili viro D. officiali præpoſituræ eccleſiæ b. Mariæ virg. oppidi prædicti prænominatum D Jacobum Holtegel, una cum eodem ſupplicantes, quatenus ipſum ad eandem inſtituere, ſibique de fruct. cenſibus, redditibus & proventibus reſponderi mandare dignaretur, adhibitis circa hæc ſolemnitatibus ſolitis. Actum Erfordiæ in dote S. Mauritii ibidem, præſentibus D. Conrado Seratoris & Johanne Machelet, presbyteris dictæ diœceſis teſtibus.

Mauritii vicaria. Die Martis, XXIV Julii ad præfatam vicariam altaris b. Mariæ virg. & S. Katharinæ in parochiali eccleſia S. Mauritii oppidi Erffordenſis ſiti ita, ut præfertur, vacantem, inſt. fuit D. Jacobus Holtegel ad præſentationem D. plebani Altermanni &c. ac Chriſtiani Goltpachs, Nicolai Butſtet, capitaneorum, Marci Butſtet & Balthaſaris Ruff ſeniorum dictæ parochiæ, ſicut præmittitur, factam &c.

Proviſio parochialis eccleſiae S. Mathiae. Die Sabbati, quarta

ta m. Auguſti D. Heinricus Schonborn, plebanus eccleſiæ S. Mathiæ oppidi Erffurtenſis coram venerabilibus & circumſpectis viris Dn. Valentino Jungermann jurium doctore & Johanne Nithart in decretis licentiato, S. Severi oppidi prædicti canonicis, reverendiſſimique patris D. Engelberti Erckel b. Mariæ virg. & S. Severi eccleſiarum præpoſiti & archidiaconi procuratoribus, ad infraſcripta ab eodem ſpecialiter conſtitutis & deputatis, non vi, dolo, fraude aut aliqua ſymoniaca pravitate circumventus, ex certa conſcientia, ſponte, libere animoque deliberato eandem ſuam parochialem eccleſiam ſimpliciter ad manus præfati D. Engelberti præpoſiti ſeu procuratorum dictorum ejus nomine, ratione præpoſituræ eccleſiæ b. Mariæ prædictæ veri collatoris ejusdem reſignavit, jurans tactis &c. quod non intervenerit fraus &c. Qui quidem D. Valentinus Jungerman & Johannes Nithart procuratores hujusmodi reſignationem, ut præmittitur, admittentes venerabili viro D. Gerwico Agnes de Cappel, artium liberalium & philoſophiæ magiſtro inſtanti & id flexis genibus humiliter petenti eandem parochialem eccleſiam S. Mathiæ oppidi Erffordenſis ex reſignatione D. Heinrici Schoneborn, ut præmittitur, vacantem, procuratorio nomine, quo ſupra, ratione præpoſituræ b. Mariæ præfatæ contulerunt, ſibique de eadem per birreti capitis ſui impoſitionem providerunt. Actum in domo conſiſtoriali præpoſituræ b. Mariæ virg. ibidem, præſentibus D. Chriſtiano Grundel & Johanne Frolich teſtibus.

Mathiae parochia. Die Martis, ſeptima m. Auguſti ad parochialem eccleſiam S. Mathiæ oppidi Erffurdenſis, ex libera reſignatione D. Heinrici Schoneborn, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit venerabilis vir D. Gerwicus Agnes, presbyter Magunt. diœc. cui alias per venerabiles viros D. Valentinum Jungerman, jurium doctorem, Johannem Nithart in

decretis licentiatum, eccleſiæ S. Severi oppidi Erffordenſis canonicos, rev. patris D. Engelberti Erckel b. Mariæ virg. Erford. ac S. Severi eccleſiarum præpoſiti procuratores, & eo nomine ratione præpoſituræ b. Mariæ virg. præfatæ proviſum exiſtit &c

Butſtet vicaria. Die Sabbati, XI m. Auguſti ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia Butſtet ſiti, ex libera reſignatione D. Heinrici Zcan, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Conradus Naumargkt, præpoſitus monaſterii monialium S. Martini extra muros oppidi Erfford. nobis per honeſtam Annam Krauelin præſent. &c.

Mauritii vicaria. Eodem die ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia S. Mauritii oppidi Erffordenſis ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Nithart in decretis licentiati, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Schonaue, presbyter Magunt. diœc. in perſona D. Johannis Gottheri, aſſumpti procuratoris ejusdem, nobis per D. Heinricum Fuche, plebanum præfatæ parochialis eccleſiæ S. Mauritii præſent. &c.

Thondorff vicaria. Die Jovis, ſexta m. Sept. ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in monaſterio monialium Thondorff ſiti, ex reſignatione D. Nicolai Schaden, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Becherer, clericus Magunt. diœc. in perſona D. Stephani Harttenſteyn, aſſumti procuratoris ejusdem, nobis per religioſam D. Dorotheam de Heymetz abbatiſſam ejusdem monaſterii præſent. &c.

Diffart parochia. Die Mercurii, XII m. Sept. ad parochialem eccleſiam villæ Diffart ex reſignatione D. Johannis Molitoris, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Werding, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Georgium de Dinſtet ibidem præſent. &c.

Hee-

Digitized by Google

Hoeſelde parochia. Die Lunæ, XVII m. Sept. ad parochialem eccleſiam villæ Hœfelde ex obitu quondam D. Nicolai Meurer, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Kop, presbyter Magunt. diœc. nobis per honorabilem virum D. Fridericum Tenſtet, plebanum in Tunttorff præſentatus &c.

Triptis vicaria. Die Lunæ, prima m. Octobris ad vicariam altaris S. Nicolai, Katharinæ & Eliſabeth in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. oppidi Triptis ſiti ex obitu quondam D. Johannis de Monte, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Korniz, presbyter Magunt. diœc. nobis per providos proconſules, conſules totumque conſulatum ac communitatem prædicti oppidi præſentatus, judiciali proclamatione & juramento ſolito præmiſſis, ac reſciſſione, ſi legitimus ſupervenerit contradictor, ſalva &c. præſentibus ibidem Johanne Scheckenbach & Nicolao Eſchwe teſtibus.

Marienthal vicaria. Die Martis, nona Octobris ad vicariam altaris S. crucis in monaſterio monialium monaſterii Marienthal ſiti, ex libera reſignatione D. Anthorii Krauwers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Hofelich, presbyter Numburgenſis diœc. nobis per religioſas D. Eliſabeth abbatiſſam & Eliſabeth prioriſſam, totumque conventum ejusdem monaſterii præſent. &c.

Liſſtorff parochia. Die Mercurii, X Octob. ad parochialem eccleſiam villæ Liſſtorff, ex reſignatione D. Martini Cramers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Conradus Goltfus, presbyter Magunt. diœc. nobis per rev. patrem Johannem abbatem Portenſem præſent. &c.

Rockhauſen parochia. Die verò Mercurii, X m. Octob. coram venerabilibus viris D. Johanne Schouer, ſacræ paginæ doctore, eccleſiæ b. Mariæ virg. & Johanne Nithart, in decre-

Digitized by Google

tis licentiato, S. Severi oppidi Erffordenſis eccleſiarum canonicis, rev. patris D. Engelberti Erckel dictarum eccleſiarum præpoſiti archidiaconi procuratoribus, perſonaliter conſtitutus D. Johannes Penſel, plebanus parochialis eccleſiæ villæ Rockhauſen, non vi, coacte & aliqua ſymoniaca pravitate circumventus, ſed ſponte, libere, pure propter Deum eandem ſuam parochialem eccleſiam præfatam ad manus D. præpoſiti, ad quem collatio prædictæ parochialis eccleſiæ ratione præpoſituræ b. Mariæ virg. præfatæ ſpectat & pertinet, ſeu verius procuratori ejusdem D. præpoſiti reſignavit libereque dimiſit, jurans, quod in hujusmodi reſignatione non intervenerit fraus &c. tactis &c. quo facto ſupradicti D. Johannes Schouer doctor & Johannes Nithart licentiatus & canonici nomine procuratorio prælibati D. præpoſiti ratione præpoſituræ prædictæ eandem parochialem eccleſiam Rockhuſen, ita ut præmittitur, vacantem, honorabili viro D. Stephano Siber, presbytero Numburgenſis diœc. inſtanti & humiliter flexis genibus petenti contulerunt, ſibique de eadem providerunt, ipſumque ad eandem per birreti capitis ſui impoſitionem inſtituerunt & inveſtiverunt, curam animarum, regimen populi & acceſſum altaris eidem committentes &c.

Czigenruck vicaria. Die Jovis, XVIII m. Octobr. ad vicariam altaris S. Katharinæ in parochiali eccleſia oppidi Czigenruck ex obitu quondam D. Johannis de Berga, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Hausmann, presbyter Numburgenſis diœc. nobis per illuſtrem principem D. Johannem ducem Saxoniæ, lantgravium Thuringiæ & marchionem Miſnæ pro ſe ac nomine illuſtriſſimi principis D. Friderici ducis Saxoniæ, ſacri Romani imperii archimarſchalci, principis electoris &c. præſentatus &c.

Molſtorff Mariae parochia. Eodem die honorabilis D. Heinricus

ricus Molitoris, plebanus in Molſtorff Mariæ, coram venerabilibus viris D. Johanne Schouer doctore & Johanne Nithart licentiato, rev. patris D. præpoſiti ſupradicti procuratoribus ſupra nominatis perſonaliter conſtitutus, cujus collatio, proviſio ſeu quævis alia diſpoſitio ad dictum D. præpoſitum ratione præpoſituræ b. Mariæ virg. Errford. ſpectat ſeu pertinet, non vi, dolo, fraude &c. ſed ſponte, pure, ſimpliciter & propter Deum eandem ſuam parochiam ad manus D. præpoſiti collatoris ſeu procuratorum ſuorum prædictorum reſignavit, jurans tactis &c. quod non intervenerit fraus &c. quo facto dicti D. Johannes Schouer doctor ac Johannes Nithart licentiatus, procuratores prædicti, eandem reſignationem admittentes, honorabili viro D. Heinrico Straube, presbytero Magunt. diœc. inſtanti & id flexis genibus petenti de eadem parochiali eccleſia procuratorio nomine, quo ſupra, ratione præpoſituræ eccleſiæ b. Mariæ virg. Errfordenſis providerunt, ſibique eandem contulerunt & per birreti capitis ſui impoſitionem inſtituerunt, curam animarum, regimen populi & acceſſum altaris eidem committentes &c.

Tellendorf parochia. Die Veneris, XIX Octob. ad parochialem eccleſiam villæ Tellendorff pro Blanckenberg ex libera reſignatione D. Conradi Grunewalt, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Georgius Landecker, presbyter Mag. diœc. nobis per rev. patrem D. Nicolaum abbatem Czellæ Paulinæ monaſterii præſent. &c.

Schunra vicaria. Die Martis, XXIII m. Octob. ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia villæ Schunra Magunt. diœc. ſiti, ex libera reſignatione Dn. Magiſtri Jacobi Mellari, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Dn. Georgius Schiel, presbyter dictæ diœc. nobis per Dn. Johannem Nobeler, plebanum in Schunra præſent. &c.

Novo

Digitized by Google

Novo foro vicaria. Die Martis, penultima Octob. ad vicariam altaris b. Mariæ virg. & S. Nicolai in parochiali eccleſia Novo foro ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Schuczern, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Mathias Zuſtorff, presbyter Magunt. diœc. nobis per honorabilem virum D. Johannem Pilgerum, plebanum ibidem, ad petitionem Dn. proconſulum, conſulum totiusque conſulatus ac Altermannorum nomine communitatis ibidem præſent. &c.

Mercatorum vicaria. Die Lunæ, V m. Nov. ad vicariam altaris S. Iheronimi & Anthonii in parochiali eccleſia S. Gregorii alias Mercatorum oppidi Erfford. ſiti, per quondam bonœ memoriæ Johannem Bonemilch de Laſphe, epiſcopum dum viveret Sydonenſem, ad altare S. Johannis bap. inſtauratam, ex obitu quondam D. doctoris Lucæ Hennels, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, aut alias quovis modo vacantem, inſt. fuit D. Jacobus Syp, clericus Magunt. diœc. in perſona Johannis ibidem legitimi ſui procuratoris, nobis per Mag. Jacobum & Paulum Herbitzhuſen germanos ex Laſphe, nec non Eliſabeth Sips ſororem eorundem præſent. &c.

Gera parochia. Die Jovis, XV m. Novembris ad parochialem eccleſiam villæ Gera ex obitu quondam D. Hermanni Sidolts, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Muth, presbyter Numburgenſis diœc. nobis per validum Fridericum de Witzleuben armigerum præſent. &c.

Gerttewitz, Weuſcha capellae. Die Veneris, XVI Novemb. ad capellas S. Margarethæ in Gerttewitz ac S. Nicolai in Weuſchen, ex obitu quondam D. Johannis Kremer, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem; inſt. fuit D. Nicolaus Scheffern in perſona Buchardi Balbach legitimi ſui procuratoris, nobis per validum Erhardum de Brandenſteyn in Oppurgk præſentatus, ſalva tamen reſciſſione, ſi & in quantum ſuperveniret legitimus contradictor &c. *Tutte-*

Digitized by Google

Tutteleuben parochia. Die Martis, XX Novembris ad parochialem eccleſiam villæ Tutteleuben, ex obitu quondam D. Bartholomæi Knauff, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Conradus Heyl, clericus Magunt. diœc. nobis per religioſas D. Eliſabeth Eldiſte abbatiſſam, & Eliſabeth Roſenhayn prioriſſam, totumque conventum monaſterii monialium vallis Mariæ ordinis S. Benedicti præſent. &c.

Luchaue vicaria. Die Sabbati, XV Decembris ad vicariam altaris corporis Chriſti in parochiali eccleſia oppidi Luchau ſiti, ex obitu quondam D. Jodoci Kühnen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Sebaſtianus Sutoris, presbyter Magunt diœc. nobis per prudentes proconſules, conſules totumque conſulatum oppidi prædicti præſentatus, ſalva tamen reſciſſione &c.

Kirchſchidingen vicaria. Eodem die ad vicariam altaris corporis Chriſti in parochiali eccleſia villæ Kirchſchidingen ſiti, ex libera reſignatione D. Sebaſtiani Sutoris, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Paulus Wiſſgerode, presbyter Magunt. diœc. nobis per validos domicellos dictos de Bockhuſen ibidem præſent. &c.

Schonwerdt vicaria. Die Martis, XVIII m. Dec. ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia villæ Schonwerdt ſiti, ex libera reſignatione D. Wentzeslai Boſchern, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Borſack, presbyter Magunt. diœc. nobis per ſtrenuum Fridericum de Witzleuben militem præſent. &c.

Czegennhayn parochia. Die Jovis, XX Decembris ad parochialem eccleſiam S. Andreæ villæ Czegennhayn, ex reſignatione D. Johannis Walteri, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Valentinus Seitz, clericus Herbipol.

 diœc.

diœc. nobis per validum Chriſtopherum Wolff armigerum in Planckenberg præſent. &c.

Tauſſa capella. Die Sabbati, XXII Decembris ad capellam S. Barbaræ in Tauſſa ſitam, ex libera reſignatione D. Nicolai Scheſſern, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem inſtit. fuit D. Jacobus Kobar, clericus Mag. diœc. nobis per validum Caſparum de Obernitz ibidem præſent. &c.

Arnſtat vicaria. Anno a nativitate Domini MDXVI, indictione quarta, die vero Jovis, tertia m. Jan. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & D. noſtri D. Leonis div. prov. papæ decimi anno tertio, ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia S. Bonifacii oppidi Arnſtadenſis ſiti, ex libera reſignatione D. Andreæ Meſſerſchmidt, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Mauritius Axt, clericus Magunt. diœc. nobis per providum Johannem Harhuſen, ſeniorem oppidi prædicti, præſent. &c.

Appolde vicaria. Die Jovis, quarta m. Januarii ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia S. Martini villæ Appolde ſiti, ex libera D. Melchioris Pfan, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Alexander Nugeburn, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Chriſtopherum Vitzthum ibidem præſent. &c.

Schwabesdorff parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam S. Viti villæ Schwabesdorff ex libera reſignatione D. Balthaſaris Kermeſſenn, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Melchior Pfan, presbyter Mogunt. diœc. nobis per validum Eckardum & Theodericum Gans fratres præſentatus &c.

Moxen capella. Die Veneris, XVIII m Januarii ad capellam S. Michaelis in Moxen, ex obitu quondam D. Johannis de Monte, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Johannes

Digitized by Google

hannes Kuff, in perſona Burchardi Balbachs legitimi procuratoris ſui, nobis per validum Erhardum de Oberintz in Lobeſitz præſent. &c.

Oppurgk inferior parochia. Die Mercurii, XXII m. Jan. ad parochialem eccleſiam S. Mauritii villæ Oppurck inferioris, ex obitu quondam D. Hermanni Stoffel vacantem, inſtit. fuit D. Eligius Pfuoſt, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Sigismundum de Holbach & Felicem de Brandenſteyn, tutores validi Alexandri de Brandenſteyn, & eo nomine præſentatus &c.

Breittenhayn vicaria. Die Veneris, VIII m. Febr. ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia villæ Breittenhayn ſiti, ex libera reſignatione D. Conradi Heller, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Stuel, presbyter Magunt. diœc. nobis per illuſtrem principem D. Johannem ducem Saxoniæ, lantgravium Thuringiæ & marchionem Miſnæ, pro ſe & nomine illuſtriſſ. principis D. Friderici ducis Saxoniæ S. R. I. Archimarſchalci &c. præſ. &c.

Schelmerode parochia. Die Mercurii, XIII m. Februarii ad parochialem eccleſiam villæ Schelmerode, ex libera reſignatione D. Johannis Molitoris, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Wether, clericus Magunt. diœc. nobis per religioſas D. Urſulam de Borſſa abbatiſſam & Annam Zcottin prioriſſam, totumque conventum monaſterii monialium S. Cyriaci oppidi Erffurdenſis præſent. &c.

Lutzenrode parochia. Die Veneris, XV m. Febr. ad parochialem eccleſiam S. Nicolai villæ Lutzenrode, ex libera reſignatione D. Michaelis Molhuſſenn, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Zceulenrode, clericus Mogunt. diœc. nobis per D. Mag. Johannem de Gera præſentatus &c.

T 2 *Cra-*

Digitized by Google

Cranichfelt altare. Eodem die ad altare ſacratiſſimi corporis Chriſti, in parochiali eccleſia S. Michaelis in Cranichfelt ſiti, quovis modo vacans, inſtit. fuit D. Laurentius Wilant, clericus Magunt. diœc. nobis per generoſum D. Heinricum Reus de Plauen D. in Cranichfelt & Grevetſch præſ. &c.

Peſſnick vicaria. Die Veneris, XXII Febr. ad vicariam altaris S. Mauritii, in parochiali eccleſia oppidi Peſſnigk ſiti, ex obitu quondam D. Johannis Chriſtiani, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Heinricus Fabri, presbyter Magunt. diœc. nobis per providos & prudentes proconſules, conſules & juratos dicti oppidi præſent. &c.

Tanrode parochia. Die Martis, XXVI. m. Febr. ad parochialem eccleſiam in Tanrode, ex reſignatione D. Burchardi Klingenberg, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Moller, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Heinricum de Bunaue præſent. &c.

Kilhaue capella. Die Jovis, VI Martii ad capellam S. Severi in Kilhau, ex libera reſignatione D. Johannis Perman, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Kuck, clericus Mogunt. diœc. nobis per rev. patrem D. Georgium abbatem monaſterii S. Petri extra muros oppidi Salveldenſis ord. S. Benedicti præſent. &c.

Rhomen capella. Eodem die ad capellam b. Mariæ virg. in Rhomen, ex obitu quondam D. Johannis Chriſtiani, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Reuberr, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Conradum de Etzdorff in Nymmeritz præſentatus &c.

Biſchoffsleuben parochia. Die Martis, prima Aprilis ad parochialem eccleſiam villæ Biſchoffsleuben, ex libera reſignatione D. Nicolai Kummerſtet, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Martinus Debecher, clericus Herbipol. diœc. in perſo-

Digitized by Google

perſona D. Nicolai Bottendorffers, legitimi ſui procuratoris, nobis per illuſtriſſ. principes D. Fridericum S. R. I. Archimarſchalcum, principem electorem, ac Johannem, fratres duces Saxoniæ, marchiones Miſnæ & lantgravios Thuringiæ præſentatus &c.

Brampach vicaria. Eodem die ad vicariam perpetuam, in parochiali eccleſia Brampach ſitam, ex obitu quondam D. Andreæ Goppeners, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Preiſsberg, presbyter Magunt. diœc. nobis per providos & prudentes proconſules, conſules oppidi Erffordenſis præſentatus &c.

Ihenis vicaria. Die Lunæ, VII m. Aprilis ad vicariam altaris S. Laurentii, in parochiali eccleſia S. Michaelis oppidi Ihenis ſiti, ex obitu quondam Morandi Brix, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. licentiatus Johannes Nithart, in perſona D. Johannis Fründt, legitimi ſui procuratoris, nobis per religioſas D. Katharinam de Kolba abbatiſſam, & Annam Mauers prioriſſam, totumque conventum monaſterii monialium S. Michaelis ibidem præſent. &c.

Thondorff vicaria. Die Veneris, XI Aprilis ad vicariam altaris quatuor evangel. in monaſterio monialium Tondorff ſiti, ex obitu quondam D. Balthaſaris Rybengerſten, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Hermannus Kallenberg, presbyter Magunt. diœc. nobis per religioſas D. Dorotheam de Heynitz abbatiſſam & Eliſabeth de Wandersleuben prioriſſam, totumque conventum monaſterii prædicti præſentatus &c.

Arnſtat vicaria. Die Lunæ, XIV m. Aprilis ad vicariam altaris S. Felicis & Adaucti, in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. Arnſtadenſis ſiti, ex obitu quondam D. Nicolai Melman, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Ni-

colaus Tantz, presbyter Magunt. diœc. nobis per nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk D. in Arnſtat & Sundershuſen præſent. &c.

Arnſtat vicaria. Eodem die ad vicariam altaris S. Sigismundi, in caſtro oppidi Arnſtat ſiti, ex libera reſignatione D. Nicolai Tantz, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Pfeilſtecker, presbyter Magunt. diœc. nobis per nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk D. in Arnſtat & Sundershuſen præſent. &c.

Arnſtat vicaria. Prædicto die ad vicariam altaris corporis Chriſti, in parochiali eccleſia S. Jacobi oppidi Arnſtat ſiti, ex obitu quondam D. Nicolai Melman, ultimi poſſeſſoris, dum viveret, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Tantz, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Fridericum de Wiczleuben, in Liebenſteyn reſidentem, præſent. &c.

Georgii vicaria. Die Lunæ, XXI m. Aprilis ad vicariam altaris b. Mariæ virg. Erflordiæ in parochiali eccleſia S. Georgii ſiti, ex obitu quondam D. Viti Werneri, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Chriſtophorus Erckenbrecher, clericus Herbipol. diœc. nobis per Magdalenam Pardiſſen alias Trebiſſen ſeniorem, hæredem dictorum der Pardiſſen, & Katharinam de Sachſa alias Zeiglerin Zeum Faſſ, hæredem quondam Georgii de Sachſa, præſent. &c.

Rudisleuben parochia. Die Martis, XXII Aprilis ad parochialem eccleſiam b. Mariæ Magdalenæ villæ Rudisleuben, ex obitu quondam D. Nicolai Melman, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, honorabilis vir D. Johannes Bergkman, presbyter Magunt. diœc. nobis per nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk D. in Arnſtat & Sundershuſen præſent. &c.

Angelhuſen parochia & Arnſtat capella annexa. Die Veneris,

ris, IX m. Maji ad parochialem eccleſiam villæ Angelhuſenn & capellam S. Katharinæ prope Arnſtat, dictæ parochiæ annexam, ex obitu quondam D. Johannis Schreckheim, noviſſimi poſſeſſoris earundem, vacantes, inſt. fuit D. Johannes Roſenthal, presbyter Magunt. diœc. in perſona diſcreti Conradi Michel, legitimi ſui procuratoris, nobis per nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk D. in Arnſtat & Sundershuſenn præſent. &c.

Arnſtat vicaria. Eodem die ad vicariam altaris S. Bartholomæi apoſtoli in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. oppidi Arnſtadenſis ſiti, ex obitu quondam D. Johannis Schreckhenn, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Roſſenthal, presbyter Magunt. diœc. in perſona prædicti Conradi Michel, ſui legitimi procuratoris, nobis per prælibatum nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk D. in Arnſtat & Sundershuſen præſent. &c.

Dornbergk vicaria. Die Sabbati, XVII m. Maji ad altare S. crucis in parochiali eccleſia oppidi Dornbergk ſiti, ex obitu quondam D. Thomæ Hugk, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Martinus Glawatz, presbyter Miſnenſis diœc. nobis per illuſtrem principem D. Georgium ducem Saxoniæ, lantgravium Thuringiæ, marchionem Miſnæ præſentatus &c.

Confirmatio archipresbyteri ſedis Peſſnick. Die .. m. Aprilis ad officium archipresbyteratus ſedis Peſſnigk, ex obitu quondam D. Johannis Beyermuller, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacans, inſtit. atque confirmatus D. Mag. Caſparus Licht, presbyter Magunt. diœc. nobis per plebanos ejusdem ſedis unanimiter electus & præſentatus &c.

Ranis parochia. Die Lunæ, XIX m Maji ad parochialem eccleſiam oppidi Ranis, ex obitu quondam D. Johannis Beyer-

Digitized by Google

Beyermüller, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. licentiatus Heinricus von Kram, in perſonam Nicolai Eſchwe, aſſumpti procuratoris ſui, nobis per validum Felicem de Brandenſteyn præſent. &c.

Uſſerode parochia Die Martis, XX m. Maji ad parochialem eccleſiam S. Pangracii villæ Uſſerode, ex libera reſignatione D. Johannis Greſſen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Georgius Fabri, clericus Herbipol. diœc. nobis per egregium & providum viros D. Herbordum, juris utriusque doctorem, & Gerlacum de Mangarts ex Leoburgio fratres præſent. &c.

Dobian capella. Eodem die ad capellam S. Ægidii in Dobian, ex obitu quondam D. Johannis Chriſtan, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Magiſter Caſparus Licht, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Joh. von Etzdorff de Numeritz præſent. &c.

Biſchoffsleuben parochia. Die Veneris, penultima Maji ad parochialem eccleſiam villæ Biſchoffsleuben, ex libera reſignatione D. Martini de Kehre, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Stromar, clericus Magunt. diœc. in perſonam diſcreti Burchardi Balbach, legitimi ſui procuratoris, nobis per illuſtriſſ. & illuſtrem principes D. Fridericum ducem Saxoniæ, lantgravium Thuringiæ, marchionem Miſnæ, pro ſe & nomine illuſtriſſ. principis D. Friderici fratris, pariter ducis Saxoniæ, principis electoris &c. præſent. &c.

Humelshayn parochia. Die Martis, III Junii ad parochialem eccleſiam villæ Humelshayn, ex libera reſignatione D. Johannis Stuhels, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt fuit D. Michael Nithart, presbyter Mogunt. diœc. nobis per illuſtrem principem D. Johannem ducem Saxoniæ, lantgravium Thuringiæ, marchionem Miſnæ, pro ſe & nomine illuſtriſſ. principis

cipis

Digitized by Google

cipis D. Friderici fratris, pariter ducis Saxoniæ, principis electoris &c. præſent. &c.

Wigperti vicaria. Eodem die ad vicariam altaris trium regum, SS. Katharinæ & Barbaræ in parochiali eccleſia S. Wigperti oppidi Erffordenſis ſiti, ex obitu quondam D. doctoris Sigfridi Vrisbergs, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Jacobus Holtegel, clericus Magunt. diœc. nobis per D. Johannem Bogken præſent. &c.

Mathiae vicaria. Die Mercurii, IV Junii ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia S. Mathiæ oppidi Erfordenſis ſiti, ex obitu quondam prædicti D. doctoris Vrisbergk, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. doctor Valentinus Jungerman eccleſiæ S. Severi oppidi Erfordenſis canonicus, in perſonam Burchardi Balbach, legitimi ſui procuratoris, nobis per providum Fridericum Starckenn præſentatus &c.

Balgenſtet vicaria. Die Veneris, VI Junii ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia villæ Balgenſtet ſiti, ex obitu quondam D. Thomæ Kunntzel, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Chriſtopherus de Naueſtat, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum de Naueſtat armigerum & domicellum ibidem præſentatus in perſonam D. Caſparis Armbrecht, legitimi ſui procuratoris, ſalva reſciſſione, ſi ſupervenerit legitimus contradictor &c.

Albarum Dominarum vicaria. Eodem die ad vicariam altaris SS. Fabiani & Sebaſtiani in monaſterio Albarum Dominarum oppidi Erffurdenſis ſiti, ex obitu quondam D. doctoris Sigfridi Vrisberg, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Gregorius Vrisberg in perſonam D. Nicolai Kelner, legitimi ſui procuratoris, nobis per providum Andream Vrisberg, oppidanum Erffordenſem præſent. &c.

U Viti

Digitized by Google

Viti vicaria. Eodem die ad vicariam altaris SS. Philippi & Jacobi ac XI mill. virgium in parochiali eccleſia S. Viti oppidi Erffordenſis ſiti, ex obitu quondam D. doctoris Sigfridi Vrisberg, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Marcus Kelner, clericus Magunt. diœc. nobis per providum Balthaſarem Kelner ſeniorem genealogiæ dictorum der Kelner præſentatus &c.

Ollendorff parochia. Die Jovis, XII m. Junii ad parochialem eccleſiam S. Petri villæ Ollendorff, ex obitu quondam D. doctoris Sigfridi Vrisberg, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Mag. Anthonius Laiſſer, clericus Magunt. diœc. nobis per providos & prudentes proconſules, conſules, totumque conſulatum oppidi Erffordenſis, nec non Hartungum Vrisbergk oppidanum ejusdem oppidi præſ. &c.

Frinſtet parochia. Die Sabbati, XXI m. Junii ad parochialem eccleſiam villæ Frinſtet, ex obitu quondam D. Conradi Buel, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Bertholdus Heymburge, presbyter Magunt. diœc. nobis per nobilem & generoſum D. Sigismundum comitem in Glichen & Dn. in Thonna præſent. &c.

Orlamunde vicaria. Die Lunæ, XXIII Junii ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia oppidi Orlamunde ſiti, ex obitu quondam D. Clementis Schutz, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Conradus Wolfferam, presbyter Numburgenſis diœceſis, nobis per Laurentium Schutz armigerum præſent. &c.

Novi operis vicaria. Die Jovis, XXVI m. Junii D. Jacobus Holtegel honorabilis viri D. Johannis Spalt, vicarii altaris S. Martini in monaſterio monialium S. crucis ſive novi operis Erffurdenſis oppidi ſiti, pro tunc, prout de ſuæ procurationis mandato per publicum inſtrumentum de manu Lu-

cæ

cæ Ottonis, publici imperiali auctoritate notarii, conſcriptum & ſubſcriptum fidem legitimam fecit, & eandem vicariam nomine procuratorio ad manus Dn. officialis ac religioſarum dominarum prioriſſæ, ſubprioriſſæ, totiusque conventus &c. pure, libere & ſimpliciter reſignavit, jurans tactis &c. quod non intervenerit fraus, dolus atque illicita pactio &c. quo facto venerabiles & religioſæ D. Margaretha Schiels prioriſſa, Katharina Voythin ſubprioriſſa, Margaretha Herbisleubenn procuratrix & Anna Appothekerin nomine totius conventus prædicti monaſterii novi operis ad eandem vicariam, ſicut præmittitur, vacantem, venerabilem virum D. Nicolaum Rotendorffer, presbyterum Magunt. diœc. canonicum eccleſiæ b. Mariæ virg. Erffordenſis præſentem, inſtantem & propter Deum petentem verbo vivæque vocis oraculo præſentarunt, petentes eundem inſtitui &c ſuper quibus &c. Actum in monaſterio prædicto ante rotam &c.

Novi operis vicaria. Eodem die ad vicariam altaris S. Martini in monaſterio monialium novi operis oppidi Erfford. ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Spalis, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Rottendorffer, presbyter Magunt. diœc. canonicus b. Mariæ virg. nobis per religioſas D. Margaretham Schiels prioriſſam, Katharinam Voithin ſubprioriſſam, Margaretham Herbisleubenn procuratricem & Annam Apotheckerin, totiusque conventus nomine præſent. &c.

Bartholomaei vicaria. Die Veneris, XXVII m. Junii D. Michael Huttener & Stephanus de Walderode armiger, honorabilis viri D. Wolfgangi Nutzel, vicarii altaris trium regum & omn. animarum in parochiali eccleſia S. Bartholomæi oppidi Erffordenſis ſiti procuratores, prout de ipſorum procurationis mandato per publicum inſtrumentum de manu D.

 Johan-

Johannis Kumpan, publici apoſtolica auctoritate notarii, conſcriptum & ſubſcriptum, ut aſſeruerunt, fidem fecerunt legitimam, eandem vicariam, nomine procuratorio ad manus Dn. officialis ibidem præſentis & admittentis, pure, libere & ſimpliciter reſignarunt, jurantes tactis &c. quod non intervenerit in hujusmodi reſignatione fraus, dolus atque illicita pactio, quo facto D. Nicolaus Rottendorffer, presbyter Magunt. diœc. & canonicus eccleſiæ b. Mariæ virg. Erfordenſis acceptans hujusmodi reſignationem, exhibens atque producens ad eandem vicariam, ita ut præmittitur, vacantem, nonnullam præſentationem ſibi per providum Johannem Tenſtet ſeniorem geneologiæ conceſſam, & eam ut patronum dictæ vicariæ obtinens, ſe ad eandem vicariam inſtitui, litterasque deſuper decerni &c.

Nydemsdorff parochia. Die Sabbati, XXVIII m. Julii ad parochialem eccleſiam villæ Nydemsdorff, ex libera reſignatione D. Johannis Alban, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Marggreff, presbyter Magunt. diœc. nobis per D. Johannem Lapicide alias Hilſteyn, plebanum in Wilſteyth præſent. &c.

Dornbergk vicaria. Die Jovis, tertia m. Julii ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia oppidi Dornbergk ſiti, ex libera reſignatione D. Martini Glowach, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Sontag, presbyter Magunt. diœc. nobis per illuſtrem principem Georgium ducem Saxoniæ &c. præſent.

Ægidii vicaria. Die Jovis, XVII Julii ad vicariam altaris SS. Panthaleonis, Barbaræ, Johannis bapt. Laurentii, X mill. militum, Appoloniæ & aliorum ſanctorum in parochiali eccleſia S. Ægidii oppidi Erffordenſis ſiti, ex obitu quondam D. Johannis Gotſchalci, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſtit.

fuit

fuit D. Nicolaus Keudel, presbyter Magunt. diœc. nobis per providos viros Rudolphum Jericke, Johannem Butzbach, altermannos ſive vitricos eccleſiæ, Johannem Scherſchmidt & Michaelem Moller capitaneum, ac totam communitatem ibidem præſentatus &c.

Benedicti vicaria. Die Mercurii, XXIII Julii ad vicariam altaris SS. Fabiani & Sebaſtiani ac Valentini in parochiali eccleſia S. Benedicti oppidi Errfordenſis ſiti, ex reſignatione D. Johannis Lupi, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Fridericus Steyn, presbyter Mogunt. diœc. nobis per providum virum Bertholdum Luppi præſent. &c.

Bucha vicaria. Jovis XXIV m. Julii ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia S. Cæciliæ villæ Bucha ſiti, ex obitu quondam D. Conradi Kriell, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Eckardi, presbyter Magunt. diœc. in perſonam D. Henrici Roſpach, legitimi ſui procuratoris, nobis per ſtrenuum Volgkmarum Steynburgk militem præſent. &c.

Michaelis vicaria. Die Sabbati, IX Auguſti ad vicariam altaris S. Michaelis & Katharinæ in parochiali eccleſia S. Michaelis oppidi Erffordenſis ſiti, ex obitu quondam D. doctoris Symon Voltzken, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Wolffgangus Steyn, presbyter Mogunt. diœc. nobis per egregium & providos viros Johannem Emerich, artium & jurium doctorem, Johannem Seydenbant, Johannem Steyndorffer, Conradum Roth, Johannem Kurſener, Petrum Froiſt, Wolffgangum Beirdempfel & Michaelem Koch, parochianos laicos, nomine communitatis ibidem præſent. &c.

Clenawe vicaria. Die Lunæ, XI m. Auguſti ad vicariam altaris S. Martini in capella villæ Clenaue ſiti, ex libera reſignatione D. Nicolai Thonngk, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem,

 vacan-

Digitized by Google

vacantem, inſt. fuit D. Georgius Jungelingk, clericus Magunt. diœc. nobis per validum Albertum de Planckenberg in Coſpede præſent. &c.

Rudelſtat vicaria. Die Martis, XII Auguſti ad vicariam corporis Chriſti in parochiali eccleſia oppidi Rudelſtat, ex libera reſignatione D. Johannis Gleſers, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſtit. fuit D. Martinus de Kere, clericus Herbipol. diœc. nobis per providos proconſules, conſules oppidi prædicti præſentatus &c.

Sulckewitz capella. Die Lunæ, XVIII m. Auguſti ad capellam b. Mariæ virg. in Sulckewitz, ex libera reſignatione D. Theoderici Henneberg, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Blechſchmidt, clericus Magunt. diœc. nobis per validum Johannem de Etzdorff in Nummeritz præſent. &c.

In novo hoſpitali vicaria. Die Mercurii, XXVII Auguſti ad vicariam altaris b. Mariæ virg. ſanctorumque Philippi & Jacobi ac Bartholomæi apoſt. in novo hoſpitali oppidi Erfford. ſiti, ex obitu quondam D. doctoris Symonis Voltzken, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Heinricus Hoderman, presbyter Magunt. diœc. nobis per providos & prudentes proconſules, conſules, totumque conſulatum oppidi prædicti præſent. &c.

In Nuſes inferiori parochia. Die Martis, ſecunda Septembris ad parochialem eccleſiam villæ Nuſes inferioris, ex obitu quondam D. Conradi Ellſſen, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Steyger, presbyter Magunt. diœc. nobis per Chriſtinam Franckenhuſen ſeniorem & Brigittam filiam quondam Johannis Franckenhuſen præſent. &c.

Kirchſchidingen parochia. Jovis quarta m. Septembris ad parochialem eccleſiam in Kirchſchidingen, ex obitu quondam

D. Jo-

D. Johannis Morings, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit venerabilis Mag. D. Mathias Behem, clericus Bambergenſis diœc. in perſonam D. Bartholomæi Heſſener, legitimi ſui procuratoris, nobis per rev. in Chriſto patrem & D. Georium, Dei & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopum Bambergenſem, præſent. &c.

Arnſtat vicaria. Die Veneris, XII m. Septembris ad vicariam altaris S. trinitatis & glorioſiſſimæ Mariæ virg. in caſtri Arnſtat capella ſiti, ex obitu quondam D. Bertholdi Gaſſermans, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Chriſtophorus Zcwiſter, presbyter Magunt. dioec. nobis per nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk Dn. in Arnſtat & Sundershuſen præſent. &c.

In Swobhuſen majori parochia. Die Martis, XIV m. Octob. ad parochialem eccleſiam S. Margarethæ in Schwabhuſen, ex libera reſignatione D. Nicolai Reinhardi, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Ægidius Klingener, presbyter Magunt. diœc. nobis per religioſas D. Alheidim Rynnen abbatiſſam & Katharinam Burchart prioriſſam, totumque conventum monaſterii monialium ibidem in Cappendorf præſ &c.

Linderbich parochia. Die Jovis, XVI m. Octobris ad parochialem eccleſiam b. Mariæ virg. villæ Linderbich, ex reſignatione D. Conradi Capit, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Setzepfant, presbyter Magunt. diœc. ord. S. Johannis bapt. Iheroſolimitan. nobis per venerabilem virum D Michaelem Heylman, commendatorem in Wiſſenſehe dicti ordinis præſent. &c.

Utenbich parochia Die Veneris, XIV m. Novembris ad parochialem eccleſiam in Utenbich, ex libera reſignatione D. Georgii Staub, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Georgius Lutz, presbyter Mag. diœc. ordinis S. Johan-

han-

Digitized by Google

hannis Iheroſolimit. nobis per venerabilem virum D. Heinricum Neumeiſter, domorum Dreyſſigk & Utenbich, prædicti ordinis priorem, præſent. &c.

Gumperde parochia. Die Jovis, XX m. Novembris ad parochialem eccleſiam in Gumperde, ex obitu quondam D. Nicolai Wolff, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Michael Halbich, presbyter Magunt. diœc. nobis per venerabilem virum D. Andream Bodenſteyn ex Charlſtat, collegiatæ eccleſiæ omnium SS. Wittenburgenſis archidiaconum, præſ. &c.

Gittern parochia. Die Veneris, XXVIII m. Novembris ad parochialem eccleſiam villæ Gittern, ex obitu quondam D. Petri Hoclin, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Joh. Rotſagk, presbyter Magunt. diœc. nobis per nobilem & generoſum D. Wolfgangum de Glichen comitem in Blanckenhayn & Ernſteyn præſent. &c.

Czwacka capella. Die Veneris, quinta Dec. ad capellam S. Nicolai in Czwacka, ex libera reſignatione D. Johannis Luder, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Heinricus Kalbitſch, clericus Magunt. diœc. nobis per validum Caſparum von Moſſa in Meſſitz præſent. &c.

Leuttenberg parochia. Jovis XI m. Dec. ad parochialem eccleſiam oppidi Leuttenberg, ex libera reſignatione D. fratris Erhardi de Cranach, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. frater Balthaſar Wickerr ord. prædicatorum in Wittenberg prior, nobis per venerab. virum patrem Hermannum Rab, ſacræ theologiæ profeſſorem, dicti ordinis provincialem, præſent. &c.

Udeſtet vicaria. Sabbati XIIII m. Decembris ad vicariam altaris SS. Fabiani & Sebaſtiani in parochiali eccleſia villæ Udeſtet ſiti, ex obitu quondam D. Johannis Hofman, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Gregorius Vrisberg, pres-

presbyter Magunt. diœc. nobis per providum Johannem Fernkeſſ & Paulum Hartung Heymburgenſes nomine communitatis dictæ villæ præſent. &c.

Hermſtet parochia. Die Martis, XVI Dec. ad parochialem eccleſiam S. Wigberti villæ Hermſtet, ex libera reſignatione D. Alexandri Nugeburs, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Nugebur, presbyter Magunt. diœc. nobis per religioſas D. Alheidim abbatiſſam, Katharinam Burcharts prioriſſam, totumque conventum monaſterii monialium in Cappelndorff præſent. &c.

Egelsdorff parochia. Die Veneris, XIX m. Dec. ad parochialem eccleſiam villæ Egelsdorff, ex libera reſignatione D. Chriſtopheri Zcwiſsdorff, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Conradus Schonheide, clericus Mogunt. diœc. nobis per rev. patrem D. Nicolaum abbatem monaſterii Cellæ Paulinæ præſent. &c.

Colede vicaria. Eodem die ad capellam ſive altare S. Katharinæ virg. in parochiali eccleſia S. Johannis evang. oppidi Collede ſiti, ex libera reſignatione D. Caſparis Mollers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Müller, clericus Magunt. diœc. nobis per egregium virum D. doctorem Theodericum de Werther, aſſertum procuratorem nob. viri D. Georgii de Harris, patroni ſive collatoris ejusdem vicariæ, præſent. &c.

Arnſtat vicaria. Die Martis, XXIII Dec. ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. Arnſtadenſis ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Reyſeners, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Mathias Friderici, presbyter Magunt. diœc. nobis per nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk Dn. in Arnſtat & Sundershuſen præſent. &c.

Arnſtat in praetorio vicaria. Eodem die ad precariam ſive vicariam altaris S. Urbani in prætorio ſive theatro oppidi Arnſtadenſis ſiti, ex obitu quondam D. Bertholdi Steynbach, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Joh. Reyſener, presbyter Magunt. diœc. nobis per providos & prudentes proconſules, conſules & conſulatum oppidi Arnſtadenſis præſent. &c.

Neuſtat vicaria. Anno a nativitate Dom. MDXVII indict. V, die vero Lunæ, V menſ. Januarii, pontificatus ſanctiſſ. in Chriſto patris & D. noſtri D. Leonis div. prov. papæ X anno quarto, ad vicariam ſive capellam S. Andreæ apoſtoli in oppido Neuenſtat ſiti, ex libera reſignatione D. Hermanni Fründt, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Joh. Hartmann, presbyter Magunt. diœc. nobis per providos burgimagiſtros, proconſules & conſulatum oppidi prædicti præſ. &c.

In inferiori Grünſtet parochia. Die Mercurii, VII Januarii ad parochialem eccleſiam in Grünſtet inferiori, ex libera reſignatione D. Nicolai Keſſeler, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Joh. Greſenthal, presbyter Magunt. diœc. nobis per D. Joh. Keſſeler, vicarium, & Andream Greſenthal Schoſſerum caſtri Wynarienſis ratione officiorum eorundem præſent. &c.

Dornheym parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam S. Bartholomæi villæ Dornheym, ex obitu quondam D. Michaelis Moller, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Conr. Morach, clericus Magunt. diœc. nobis per generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburg &c. præſ.&c.

Arnſtat vicaria. Die Mercurii, XIV m. Januarii ad vicariam altaris S. Annæ, in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. oppidi Arnſtadenſis ſiti, ex obitu quondam D. Bertholdi Steynbachs, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D.

Joh.

Joh. Kilhans, presbyter Magunt. diœc. in perſonam D. Nicolai Nuewirt, legitimi ſui procuratoris, nobis per generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburg &c. præſ. &c.

Treppendorff parochia. Die Mercurii, XXI Januarii ad parochialem eccleſiam b. Mariæ virg. villæ Treppendorff, ex obitu quondam D. Friderici Genshals, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Joh Roſeler, presbyter Magunt. diœc. nobis per generoſum D. Heinricum Reus de Plaue D. in Cranichfelt & Greutzſch præſent. &c.

Georgii vicaria. Die Sabbati, XXIV Jan. ad vicariam altaris S. Stephani prothomartyris, in parochiali eccleſia S. Georii oppidi Erffordenſis ſiti, ex obitu quondam D. Blaſii Helmbrecht, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Eobanus Draconis, clericus Magunt. diœc. nobis per venerabilem & egregium ac providos viros D. Joh. Schouer, ſacræ Theologiæ profeſſorem plebanum, Heinricum Mattern ac Heinricum Schachzahel, altermannos dictæ eccleſiæ S. Georii, præſent. &c.

Ihenis vicaria. Mercurii, XI m. Februarii ad vicariam altaris S. Bartholomæi, in parochiali eccleſia S. Michaelis oppidi Ihenenſis ſiti, ex obitu quondam D. Petri Hoëlin, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Mart. Bartholomæi, clericus Magunt. diœc. nobis per religioſas D. Katharinam Kolba abbatiſſam, & Annam Mauers prioriſſam, totumque conventum monaſterii monialium ibidem præſ. &c.

Dornbergk vicaria. Martis XVII m. Febr. ad vicariam altaris S. Georii, in parochiali eccleſia oppidi Dornberg ſiti, ex obitu quondam Andreæ Heyners, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Petrus Honigkmeiſter, presbyter Numburgenſis diœc. nobis per validum Volradum de Watzdorff præſentatus &c.

Digitized by Google

Buntſcherau parochia. Jovis XIX Febr. ad parochialem eccleſiam villæ Buntzſcherau &c. vacat.

Gerttewitz, Weyſsha, capellae Sabbati XXI m. Febr. ad capellas S. Margarethæ in Gertewitz & S. Nicolai in Weyſshenn, ex libera reſignatione D. Nicolai Scheffeners, ultimi poſſeſſoris earundem, vacantes, inſt. fuit D. Joh. Brotfiſch, clericus Magunt. diœc. nobis per validum Eberhardum de Brandenſteyn in Oppurgk, ut ſeniorem dictæ geneologiæ der Brandenſteyner, præſent. &c.

Ulſtet parochia. Die Veneris, XXVII m. Februarii ad parochialem eccleſiam villæ Ulſtet, ex obitu quondam D. Johannis Widelbachs, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Symon Fungk, presbyter Brandenburgenſis diœc. nobis per venerabilem virum D. Andream Bodenſteyn, jurium atque theologiæ doctorem, collegiatæ exemptæ Wittenburgenſis archidiaconum, præſentatus in perſonam D. Caſparis Teuſchel, legitimi ſui procuratoris &c.

Schopffendorff parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam villæ Schopffendorff, ex libera reſignatione D. Georgii Mangolt, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſtit. fuit D. Wolfgangus Mertzen, clericus Herbipolenſis diœc. nobis per venerabilem virum D. Joh. Bernhardi, præpoſitum monaſterii montis Etherei canonicorum regularium præſent. &c.

Werichhuſen parochia. Die Mercurii, XI Febr. ad parochialem eccleſiam S. Georgii in Werichhuſen, ex obitu quondam D. Andreæ Henners, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nic. Sontag, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Hermannum Monnich ibidem præſent. &c.

Thanrode vicaria. Die Jovis, quinta Martii ad altare S. Margarethæ in capella caſtri Thanrode ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Ihans, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacans,

cans, inſt. fuit D. Joh. Pfrutſchner, clericus Magunt. diœc. nobis per validum Heinricum de Bunaue, ut ſeniorem ejusdem geneologiæ, præſent. &c.

Leubenitz capella. Die Veneris, VI Martii ad capellam b. Mariæ virg. in Leubenitz ſiti, ex libera reſignatione D. Heinrici Konigs, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Joh. Treſcher, clericus Mogunt. diœc. nobis per validum Jodocum von Moſſa ibidem præſent. &c.

Wernichhuſen parochia. Die Mercurii, XI m. Martii ad parochialem eccleſiam S. Georgii militis villæ Wernichhuſen, ex libera reſignatione D. Nicolai Sontags, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Joh. Eichenbergk, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Hermannum Monnich ibidem præſent. &c.

Balgenſtet parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam villæ Balgenſtet, ex obitu quondam D. Sebaſtiani Brandenrot, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Anthonius Stange, clericus Herbip. diœc. in perſonam diſcreti Burchardi Balbachs, legitimi ſui procuratoris, nobis per validum Chriſtophorum von Taubenheym, amptmannum in Freyburgk præſent. &c.

Puntzeraue parochia. Die Veneris, XIII m. Martii ad parochialem eccleſiam villæ Puntzſcheraue, ex obitu quondam D. Ottonis Merckel, vacantem, inſtit. fuit D. Georius Fabri, clericus Numburgenſis diœc. nobis per validum Joh. de Kreutzſchen capitaneum Zcitzenſem præſent. &c.

Ulſtet parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam villæ Ulſtet, ex reſignatione D. Mag. Symonis Fungk, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Alexander Teuſchel, clericus Brandenburgenſis diœc. in perſonam D. Caſparis Teuſchel, legitimi ſui procuratoris, nobis per venera-

 bilem

bilem virum D. Andream Bodenſteyn, jurium & theologiæ doctorem, exemptæ eccleſiæ Wittenburgenſis ac collegiatæ archidiaconum & canonicum, nec non D. Mag. Wolfgangum Reyſſendorffer, in Orlamunde vicarium, præſent. &c.

Salvelt capella. Die Martis, XXIV Martii ad capellas S. Salvatoris, nec non b. Mariæ virg. in hoſpitali oppidi Salveldenſis ſiti, ex obitu quondam D. Guntheri Webers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Conradus Gernhart, decanus in Allenberg, in perſonam D. Joachim Wernec!, legitimi procuratoris, nobis per providos Johannem Crafft & Nicolaum Henneberg proconſules &c. ibidem præſentatus &c.

Mellenbach vicariatus. Die Mercurii, prima m. Aprilis ad vicariatum in Mellenbach, ordini ſive monaſterio fratrum minorum oppidi Erffordenſis incorporatum, ex reſignatione D. Georgii Kroner, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. pater Fridericus Sutoris, ordinis minorum profeſſus, nobis per venerabilem virum D. Hermannum Scharff, præfati ordinis fratrum minorum per Thuringiam conſtitutorum cuſtodem, præſent. &c.

Alich vicariatus. Die Jovis, ſecunda Aprilis ad vicariatum parochialis eccleſiæ S. Udalrici in Alich, monaſterio S. Petri oppidi Erffordenſis incorporatæ, ex obitu quondam D. Johannis Theodori, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, diſcretus Gotfridus Litphe, clericus Mogunt. diœc. inſtit. fuit, nobis per rev. patrem D. Johannem abbatem dicti monaſterii præſent. &c.

Czeutzſch parochia. Die Lunæ, ſexta m. Aprilis ad parochialem eccleſiam villæ Czeutzſch, ex obitu quondam D. Georgii Greffenn, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit honorabilis vir D. Heinricus Fuchs, presbyter Magunt. diœc.

diœc. nobis per venerabiles & egregium viros D. Andream Bodenſteyn de Charlſtat, jurium & theologiæ doctorem, ecclefiæ collegiatæ exemptæ eccleſiæ Wittenburgenſis archidiaconum & canonicum, ac Wolffgangum Geyſſendorff, artium liberalium mag. eccleſiæ parochialis in Orlamunde perpetuum vicarium, præſent. &c.

Schonewerdt vicaria. Die Veneris, XXIV m. Aprilis ad vicariam altaris b Mariæ virg. in parochiali eccleſia villæ Schonewerdt ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Rotſacks, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. ſuit D. Jacobus Becker, presbyter Magunt. diœc. nobis per ſtrenuum virum Fridericum de Witzleubenn militem præſent. &c.

Thomae vicaria. Die Mercurii, XXII m. Aprilis ad vicariam altaris S. Salvatoris in parochiali eccleſia S. Thomæ oppidi Erffordenſis ſiti, ex obitu quondam D. Heinrici Rulandi, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. ſuit D. Johannes Bogk, presbyter Magunt. diœc. nobis per venerabilem & egregium virum D. Heinricum Eberbach, artium & medicinæ doctorem, procuratorem providorum virorum Hunoldi, Anthonii, Johannis & Georii dictorum die Bogk, ac Johannem Bogk juniorem, pro ſe & procuratorio nomine Katharinæ Steyndorffers & Georii Bogks ſenioris in Haſſia, nec non Guntherum Bogk oppidi Saltzenſis præſent. &c.

Bachara parochia. Die Lunæ, XXVII Aprilis ad parochialem eccleſiam S. Dionyſii villæ Bachara, ex libera reſignatione D Johannis Bechern, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. ſuit D Nicolaus Schade, presbyter Magunt. diœc. nobis per religioſas D. Dorotheam de Heynitz abbatiſſam, Eliſabeth de Wunnersleuben prioriſſam, totumque conventum monaſterii monialium in Tondorff præſent. &c.

Auhma vicaria. Die Jovis, ultima Aprilis ad vicariam

alta-

altaris S. Annæ in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. oppidi Auhma ſiti, ex obitu quondam D. Johannis Eyſſenſchmitters, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Topffer, presbyter Magunt. diœc. nobis per D. Johannem Wetzſteyn, plebanum dicti oppidi præſent. &c.

Zcigenrugk vicaria. Die Lunæ, quarta m. Maji ad vicariam ſive primiſſariam altaris ſanctorum martyrum & confeſſorum, ac præſertim S. Nicolai, in parochiali eccleſia Czigenrugk ſiti, ex obitu quondam D. Heinrici Fuchs, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit diſcretus Sebaſtianus Buchsbaum, nobis per illuſtriſſimos & illuſtres principes D. Fridericum S. R. Imp. Archimarſchalcum &c. & Johannem fratres, duces Saxoniæ &c. præſent. &c.

Thondorff vicaria. Die Mercurii, XX m. Maji ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in monaſterio Thondorff ſiti, ex libera reſignatione quondam D. Nicolai Becherers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Quirinus Pfothe, clericus Magunt. diœc. nobis per venerabilem D. Dorotheam de Heynitz abbatiſſam, totumque conventum dicti monaſterii præſentatus &c.

Moderwitz vicaria. Die Veneris, XXII m. Maji ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in capella Moderwitz ſiti, ex obitu quondam Alberti Boſs, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, honorabilis vir D. Franciſcus de Schoneberg, clericus Merſeburgenſis diœc. nobis per illuſtriſſimos principes D. Fridericnm Archimarſchalcum S. R. I. &c. & Johannem fratres, duces Saxoniæ &c. præſentatus, inſt. fuit in perſonam D. Bernhardi Walden, legitimi ſui procuratoris &c.

Peſſnigk vicaria. Lunæ XXV m. Maji ad vicariam altaris S. Annæ in parochiali eccleſia oppidi Peſſnigk ſiti, ex obitu quondam D. Johannis Kramers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacan-

vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Ranis, presbyter Mogunt. diœc. nobis per providos viros proconſules, conſules, totumque conſulatum dicti oppidi præſent. &c.

Bercka vicaria. Veneris XXIX m. Maji ad vicariam altaris SS. Fabiani & Sebaſtiani in parochiali eccleſia oppidi Bercka ſiti, ex obitu quondam D. Joh Joch, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Jac. Petzolt, clericus Mogunt. diœc. nobis per validum Chriſtianum de Witzleuben præſent. &c.

Komburgk parochia. Jovis quarta Junii ad parochialem eccleſiam S. Laurentii villæ Komburgk, ex obitu quondam D. Alberti Boſſen, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit venerabilis D. Nicolaus Thilemanni, licentiatus, canonicus Zeitzenſis, nobis per religioſas D. Annam Hackin prioriſſam, Sibyllam de Bunaue & Annam Kollers, totumque conventum monaſterii S. crucis in Iſenberg præſentatus, in perſonam D. Johannis Grefenaue, legitimi ſui procuratoris, coram D. Johanne Sartoris alias Korner, publico notario &c.

Wernburgk capella. Die Veneris, XII Junii ad capellam curatam S. Urſulæ in Wernburgk ſitam, ex obitu quondam D. Johannis Kremer, noviſſimi poſſeſſoris, vacantem, inſtit. fuit D. Heinricus Hunde, presbyter Bambergenſis diœc. nobis per validum Joh. von Brandenſteyn ibidem præſent. &c.

Ihenis vicaria. Die Lunæ, XV Junii ad vicariam S. Wolffgangi in parochiali eccleſia S. Michaelis oppidi Ihenis ſiti, ex obitu quondam D. Nicolai Vogt, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Reger, presbyter Mogunt. diœc. nobis per providos prudentes proconſules, conſules, totumque conſulatum oppidi prædicti præſent. &c.

Salvelt parochia. Die Veneris, X Julii ad parochialem eccleſiam

Digitized by Google

cleſiam S. Johannis bapt. Salveldenſis, ex obitu quondam D. Joh. Molitoris, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Joh. Wuſtka, ordinis Theutonicorum, nobis per venerabilem virum D. Nicolaum de Utenrode, viceprovincialem dicti ordinis, præſent. &c.

Antiqua Gynna parochia. Die Martis, XIV m. Julii ad parochialem eccleſiam villæ Antiqua, ex reſignatione D. Conradi Waldungs, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nic. Kune, presbyter ord. Theutonicorum, nobis per venerabilem virum D. Nicol. de Utenrode, viceprovincialem baliviæ Thuringiæ hoſpitalis b. Mariæ virg. Iheroſolymitani ordinis prædicti, præſentatus in perſonam D. Johannis Plode, legitimi ſui procuratoris &c.

Rudelſtet vicaria. Die Lunæ, XX m. Julii ad vicariam altaris S. Nicolai in parochiali eccleſia oppidi Rudelſtet ſiti, ex obitu quondam D. Mag. Joh. Wettichs, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. eſt honorabilis D. Chriſtophorus de Witzleubenn, presbyter Magunt. diœc. nobis per generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk &c. præſ. &c.

Ægidii vicaria. Die Sabbati, XVIII m. Julii ad vicariam altaris corporis Chriſti in parochiali S. Ægidii oppidi Erfordenſis ſiti, ex obitu quondam D. Johannis Alxſtet, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit venerabilis & egregius vir D. Johannes Schoneman S. Theologiæ doctor, presbyter Magunt. diœc. nobis per honeſtam Agnetem Brochſchlegels, conjugem legitimam Johannis Molitoris, veram patronam, præſent. &c.

Arnſtat vicaria. Die Martis, XI Aug. ad vicariam S. Eliſabeth in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. Arnſtadenſis ſiti, ex obitu quondam D. Mag. Joh. Wettichs vacantem, inſtit. fuit D. Chriſtophorus Promel, clericus Magunt. diœc.

nobis

Digitized by Google

nobis per nobilem & generoſum D. Güntherum comitem in Schwartzburg, Dn. in Arnſtat & Sundershuſenn præſ &c.

Sommerde Petri parochia. Die Jovis, XIII Aug. ad parochialem eccleſiam S. Petri oppidi Sommerde, ex libera reſignatione D. Johannis Dehelſchinder, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Mag. Conradus Richenbach ex Homburgk, presbyter Magunt. diœc. nobis per venerabilem virum D. Heinricum Boſſ, canonicum b. Mariæ virg. Erffordenſis, dictæque parochialis eccleſiæ altaris, videlicet SS. Andreæ, Jacobi, Bartholomæi aliorumque apoſtolorum ſeniorem ejusdem vicariæ, vicarium præſent. &c.

Oberndorff parochia. Die Martis, XVII m. Auguſti ad parochialem eccleſiam S. Erhardi villæ Oberndorff, ex obitu quondam D. Mag. Johannis Wettichs, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes de Grefendorf, clericus Magunt. diœc. nobis per nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk &c. præſent. &c.

Rudelſtat vicaria. Die Jovis, XXVII m. Aug. ad vicariam altaris S. Cyriaci martiris ſociorumque ejus in parochiali eccleſia S. Andreæ oppidi Rudelſtet ſiti, ex obitu quondam D. Johannis Capellani, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit honorabilis vir D. Laurentius Geſchede, clericus Magunt. diœc. nobis per D. Chriſtophorum de Witzleuben archipresbyterum ſedis Rembda, plebanum dictæ parochialis eccleſiæ Rudelſtet præſent. &c.

Puntzſcheraue parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam in Puntzſcheraue, ex libera reſignatione D. Georgii Schundis, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Jodocus Pynn, presbyter Magunt. diœc. nobis per validum Johannem de Kretzſchen capitaneum Zcitzenſem ratione officii ſui præſent. &c.

Digitized by Google

Sequuntur inſtitutiones per me Georgium Eſſchewege, clericum Maguntinae dioec. publicum ſacra apoſtolica & imperiali auctoritatibus notarium, anno D. milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo poſt receſſum Borghardi Balbachs notarii publici jurati, (alia acta per eundem in conſiſtorio rubeae januae & alias derelicta,) inventae ad mandatum D. officialis, ex ſuis prothocollis collectae & manu mea propria ſignatae & conſcriptae.

Sequuntur inſtitutiones per me Hammannum Fruoff, clericum Magunt. dioec. publicum apoſtolica & imperiali auctoritatibus notarium, anno D. milleſimo quingenteſimo decimo octavo poſt receſſum D. Georii Eſſchewege, notarii publici, inter alia acta per eundem in conſiſtorio rubeae januae & alias per Borckhardum Balbach derelicta, inventae ad mandatum D. officialis, ex dictorum Georii Eſſchewege & Borckhardi Balbach notariorum prothocollis collectae, & manu mea propria ſignatae & conſcriptae.

Vicaria in capella Mariae Magdalenae Erfford. Anno M. D. decimo ſeptimo, die vero Veneris, quarta m. Septembris ad vicariam altaris S. Jodoci Oſswaldi & Annæ in capella b. Mariæ Magdalenæ Erfford. ſiti, ex obitu D doctoris Symonis Voltzken, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, vigore ſententiæ diſſinitivæ Sabbati, ſecunda Maji proxime præteritâ, contra D. Martinum de Margaritha latæ, inſt. fuit D. Balthaſar Piſtoris, presbyter, ad præſentationem Aguetis Gernoth &c.

Ihenis vicaria. Die Lunæ, ſeptima m. Septembris ad vicariam altaris S Barbaræ in parochiali eccleſia S. Johannis Ihenenſis ſiti, ex obitu Ludovici Lange, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit egregius vir D. Valentinus Jungerman, utriusque juris doctor, per proconſules, conſules & totum conſulatum dicti oppidi Ihenenſis præſent. &c.

Vicaria Andreae Erfford. Mercurii XXIII Sept. Conradus Kelner oppidanus Erfford, collator & patronus vicariæ altaris

taris

taris SS. trium regum & Margarethæ in eccleſia S. Andreæ Errford. ſiti, approbans & ratificans præſentationem de perſona venerabilis & eximii viri D. Jacobi Doleatoris, utriusque juris doctoris, ad dictam vicariam a condictis den Hottemern eidem factam, quare dictus Conradus Kelner per organum præfati D. Jacobi doctoris exhibuit aliam præſentationem, obtinens, dictum D. doctorem Jacobum ad eandem vicariam, licet non vacantem, inſtitui &c.

Aldenroda parochia. Jovis XXIV. Sept. ad parochialem eccleſiam in Aldenrode, ex reſignatione D. Iheronymi Beckers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Andreas Schipffe, presbyter Halberſtadenſis diœc. per validos Wolffgangum & Fridericum Nyſſmyntz fratres præſent. &c.

Frawenzcell vicaria. Eodem die ad capellam b. Mariæ virg. in Frawenzcella prope Crolip ſita, ex obitu Johannis Schroth, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Martinus Currificis, presbyter Magunt. diœc. in perſonam D. Sebaldi Zciegellers, ejus procuratorem, per validum Chriſtophorum de Brandenſteyn præſent &c.

Schonwerde vicaria. Veneris ſecunda Octobris ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia S. Stephani villæ Schonewerde ſiti, ex obitu Jacobi Piſtoris, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Heyſſe, presbyter Magunt. diœc. per validum Beringerum de Bendeleuben, aſſertum procuratorem ſtrenui viri D. Friderici de Witzleuben militis præſent. &c.

Mercatorum vicaria. Eodem die ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia S. Gregorii mercatorum Erfordienſ. ſiti, ex obitu D. Mag. Hermanni Sergeſt de Dorſten, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. licentiatus Andreas Schiell de Ilmen, presbyter, per egregium virum

Digitized by Google

D. Hermannum de Dorſten, theologiæ doctorem, plebanum dictæ eccleſiæ præſent. &c.

Ranys parochia. Sabbati tertia Octobris ad parochialem eccleſiam b. Mariæ virg. in Ranys, ex libera reſignatione D. Heinrici vom Cram, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Paulus Zcewner, presbyter Numburgenſis diœc. per validum Felicem de Brandenſteyn præſent. &c.

Atzmanstorff parochia. Mercurii ſeptima m. Octob. comparuit coram venerabili viro D. Johanne Nithart, in decretis licentiato, rev. patris D. Engelberti Erckell, præpoſiti b. Mariæ virg. & S. Severi Erfordenſ. eccleſiarum, procuratore, D. Johannes Coci de Lynda, procurator D. Conradi Capitis, plebani parochialis eccleſiæ villæ Atzmanstorff, de cujus mandato legitimam fecit fidem, & eo nomine non vi dolo &c. ſed ſponte libere propter Deum dictam eccleſiam parochialem ad manus dicti D. præpoſiti, ad quem collatio ejusdem eccleſiæ ratione præfatæ præpoſituræ &c. ſpectat & pertinet, reſignavit & libere dimiſit, jurans in animam principalis ſui, quod in hujusmodi reſignatione non intervenit fraus &c. quo facto dictus D. Johannes Nithart nomine præfati D. Engelberti præpoſiti ratione dictæ præpoſituræ prænominatam eccleſiam in Atzmanstorff ita, ut præfertur, vacantem diſcreto Leonhardo Wolffart, clerico Magunt. diœc. inſtanti & id flexis genibus petenti contulit, & ſibi de eadem providit, ipſumque ad eandem eccleſiam per birreti capitis ſui impoſitionem inſtituit & inveſtivit, curam animarum, regimen populi & acceſſum altaris eidem committendo, juramento ſolito primitus ab eo recepto &c. præſentibus D. Mag. Hermanno Wolffart & Hermanno Weſenbach, presbyteris Magunt. diœc. teſtibus. Actum in domo habitationis dicti D. Johannis Nithart licentiati.

Capella Doberitz. Jovis octava Octob. ad capellam S. Georgii

gii in Doberitz, ex obitu Mag. Henrici Kreytzſchmar, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Borckardus Balbach, clericus Herbipolenſis diœc. per validos Johannem Henricum & Jodocum vom Hayn armigeros in Weltwitz reſidentes præſent. &c.

Appolda vicaria. Martis XIII Octobris ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia S. Martini oppidi Appolde ſiti, ex libera reſignatione D. Alexandri Neugebuer, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Schiltknecht, presbyter Magunt. diœc. per validum Chriſtophorum Vytzthum præſent. &c.

Zcottelſtet parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam S. Viti in Zcottelſtet, ex reſignatione D. Johannis Schiltknecht, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Alexander Neugebawer, presbyter Magunt. diœc. per venerabilem & religioſas D. Annam Hockin prioriſſam, Sibyllam de Bunaw cuſtodiſſam, Annam Kollers cellerariam & Henricum de Mollinſten proviſorem monaſterii S. crucis prope Eyſſenbergk Numburgenſis diœc. præſent. &c.

Hocheym vicaria. Martis XX Octobris ad vicariam altaris S. Johannis bapt. ſiti in parochiali eccleſia villæ Hocheym, ex libera reſignatione D. Nicolai Manſomen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt fuit D. Johannes Rudolff, presbyter Magunt. diœc. per venerabilem virum D. Henricum Boſſe canonicum eccleſiæ b. Mariæ virg. Erfford. & plebanum in Hocheym præſent. &c.

Ilmen vicaria. Mercurii XXI Octobris ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia oppidi Ilmen ſiti, ex obitu D. Henrici Rudigers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Petrus Helwig, presbyter Magunt. diœc. per nobilem & generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzburgk &c, præſent. &c.

Lau-

Laurentii vicaria. Eodem die ad vicariam altaris SS. apoſtolorum in parochiali eccleſia S. Laurentii Erfford. ſiti, ex obitu D. Heinrici Rudigers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Henricus Koler, presbyter Magunt. diœc. per providos Johannem Sygell & Chriſtophorum Schuler altermannos, Nicolaum Franck & Johannem Brun capitaneos, ac totam communitatem eccleſiæ S. Laurentii, ad quod jus præſentandi jure alternativo pro hac vice ſpectare dinoſcitur, præſentatus &c.

Schwerſtet vicaria. Lunæ XXVI Octobr. ad altare S. Philippi Jacobi & Andreæ apoſtolorum in parochiali eccleſia villæ Schwerſtet ſiti, ex reſignatione D. Georgii Hempels, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacans, inſt. fuit D. Hermannus Engelhart, presbyter Magunt. diœc. per validum Johannem de Meuſſebach præſentatus, reſervata tamen poteſtate reſcindendi inſtitutionem &c.

Mathiae Erfford. parochia. Veneris penultima Octobris ad parochialem eccleſiam S. Mathiæ Erfford. ex obitu D. Gerwici Agnes, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, venerabilis vir D. Johannes Nithart, in decretis licentiatus, rev. patris D. Engelberti Erckell, eccleſiæ b. Mariæ virg. Erfford. præpoſiti, procurator, D. Hammanno Fruoff, presbytero inſtanti & petenti, de eadem providit & ſibi eandem contulit, & D. Hammannus obtulit ſe ad eandem eccleſiam per D. officialem inſtitui & inveſtiri &c.

Georii Erfford. vicaria. Mercurii quarta Novembris ad vicariam altaris b. Mariæ virg. & S. Katharinæ in parochiali eccleſia S. Georii Erfford. ſiti, ex obitu quondam D. Hennunghi de Sachſa vacantem, inſt. fuit D. Mag. Martinus Violin, presbyter Magunt. diœc. per honeſtam D. Agnetam Braunſs, ad quam jus præſentandi pro hac vice ſpectat, præſent. &c. *Coſpe-*

Coſpede parochia. Veneris XIII Novemb. ad parochialem eccleſiam in Coſpede, ex reſignatione D. Friderici Steyn, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, per venerabilem & religioſas D. Katharinam de Kolben abbatiſſam, Annam Maurers prioriſſam & totum conventum monaſterii S. monialium in Ihenis præſentatus, inſtit. fuit D. Martinus Bartholomæi, presbyter Magunt. diœc. &c.

Wyſpach parochia. Martis XVI Novemb. ad parochialem eccleſiam in Wyſpach, ex obitu D. Nicolai Polen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Henricus Hon in perſonam Johannis Stromberger, aſſerti ſui procuratoris, per validum Georg. Jodocum Boſſecken præſent. &c.

Komborck vicaria quondam in arce. Martis XXIV Nov. ad vicariam altaris S Luciæ quondam in arce, nunc in parochiali eccleſia Komberck ſiti, ex obitu quondam Alberti Boſſen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. licentiatus Henricus de Cram in perſonam D. Michaelis Craner, aſſerti ſui procuratoris, per illuſtrem principem & DD. Georium ducem Saxoniæ præſent. &c.

Ilmen vicaria. Lunæ VII Dec. ad vicariam b Mariæ virg. in parochiali eccleſia oppidi Ilmen ſiti, ex libera reſignatione D. Petri Hyltwyn, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Thomas Wenigerodt, per generoſum D. Guntherum comitem in Schwartzborck &c. præſent. &c.

Ramsla parochia. Veneris XI Dec. ad parochialem eccleſiam in Ramsla, ex reſignatione D. Hermanni Engelhart, ultimi poſſeſſoris, vacantem, inſt. fuit D. Henricus Stauffmell, presbyter Magunt diœc. per venerabilem D. Johannem Bernhardi, præpoſitum monaſterii SS. Juſtini & Laurentii martyrum in Eyttersborck &c.

*Georii Erffo**d. vicaria.* Anno D. milleſimo quingenteſimo

Z deci-

decimo octavo, indictione ſexta, die vero Jovis ſeptima m. Januarii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & D. noſtri D. Leonis div. prov. papæ decimi anno quinto, ad vicariam altaris S. Stephani prothomartyris in parochiali eccleſia S. Georii Erfford. ſiti, ex libera reſignatione D. Mag. Eobani Draconis vacantem, inſtit. fuit D. Mag. Jacobus Theoderici, ſacræ theologiæ baccalaureus, presbyter Magunt. diœc. per D. Johannem Schoner, theologiæ doctorem, plebanum, Henricum Mattern & Johannem Gebhart, Altermannos dictæ eccleſiæ S. Georii, præſent. &c.

Waltersleuben parochia. Die vero Martis, XII Januarii ad parochialem eccleſiam in Waltersleuben, ex reſignatione ſive dimiſſione rev. patris D. Laurentii Campegii, epiſcopi electi Feltrenſis, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Balthaſar Ryede, clericus Herbipol. diœc. per rev. patrem D. Melchiorem abbatem monaſterii in Olbersleuben præſentatus &c.

Koningſehe primiſſaria. Sabbati XXIIII Januarii ad præmiſſariam altaris S. Katharinæ in capella b. Mariæ virg. oppidi Koningſehe ſiti, ex reſignatione D. Nicolai Gottelinck, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Machleyth, per generoſum & nobilem D. Güntherum comitem in Schwartzborck &c. præſentatus &c.

Arnſtet capella caſtri. Eodem die ad vicariam altaris S. Mariæ Magdalenæ in capella caſtri Arnſtet ſiti, ex libera reſignatione D. Petri Hilwini, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Scheffeller, per generoſum & nobilem virum D. Guntherum comitem in Schwartzborck & D. in Arnſtet & Sundershuſen præſentatus &c.

In Rosla ſuperiori parochia. Martis XXVI Januarii ad parochialem eccleſiam in Rosla ſuperiori ex obitu quondam Henrici

rici

rici Schmedt, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Rothart, per illuſtrem principem & D. Fridericum, ducem Saxoniæ, principem electorem ac germanum ſuum cariſſimum præſent. &c.

Kottenytz capella. Martis XIX Aprilis ad capellam in Kottenytz ex obitu D. Johannis Koler, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Nicolai, per illuſtrem principem DD. Johannem ducem Saxoniæ &c. præſent. &c.

Sprethen parochia. Jovis quinta m. Maji ad parochialem eccleſiam in Sprethen, ex obitu D. Conradi Strotwolff, vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Wyda, presbyter Mogunt. diœc. per rev. patrem D. Wilhelmum, epiſcopum Argentinenſem & præpoſitum eccleſiæ S. crucis in Northuſen, præſentatus &c.

Rechſtet parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam S Nicolai & Gangolffi villæ Rechſtet, ex libera reſignatione D. Mathæi Mangolt, ultimi poſſeſſoris ejusdem vacantem, inſt. fuit D. Tilemannus Hayn, per D. Simonem Echardi præpoſitum, ac D. Katharinam Frencklen abbatiſſam, & totum conventum monaſterii monialium in Ichtershuſen præſ. &c.

Mercatorum vicaria Martis decima Maji ad vicariam b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia Mercatorum Erfford. ſitam, ex obitu D. Johannis Meler, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Wormuth, per conſules, proconſules & totum conſulatum Errfordenſ. præſent. &c.

Vippich-Fiddelhuſen capella. Mercurii XVIII Maji ad capellam S. Petri in oppido Vippich-Fiddelhuſen, ex obitu D. Henrici Muskart, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Maur, presbyter Herbipol. diœc. per D. Johannem abbatem monaſterii vallis S. Georgii ordinis Ciſterc. præſentatus &c.

Czegenruck parochia. Martis ultima Maji ad parochialem

 eccle-

eccleſiam in Czegenruck, ex obitu D. Johannis Watzdorff, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Caſparus Roth, per illuſtrem principem & DD. Johannem ducem Saxoniæ &c. præſent. &c.

Dylstorff parochia Mercurii XXV Maji ad parochialem eccleſiam in Dylstorff, ex reſignatione D. Johannis Wyda vacantem, inſt. fuit D. Johannes Winckeller, per validum Hanſonem de Vipich præſent. &c.

Novi operis vicaria. Eodem die ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia S. crucis ſive monaſterio monialium novi operis Erfford. ſiti, ex obitu D. Benedicti Schluſſer de Zcerbſt, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Hayn, presbyter Mogunt. diœc. per Hanſonem Molhuſen, magiſtrum curiæ ſive villicum hujus monaſterii, præſentatus &c.

Arnſtet vicaria. Die vero Martis, ſeptima m. Junii ad vicariam altaris SS. evangeliſtarum in eccleſia b. Mariæ virg. in Arnſtet, ex libera reſignatione D. Borckardi Hille, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Wilhelmus de Gebeſſe, in perſonam D. Manthonis Herborn, per generoſum & nobilem D. Guntherum comitem in Schwartzborck præſ. &c.

Tanrode parochia. Die vero Jovis IX Junii ad parochialem eccleſiam in Tanrode ex obitu D. Johannis Mullers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Seber, per ſtrenuum virum D. Heinricum de Bunaw in Tanrode præſentatus &c.

Steten parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam S. Kiliani in Steten, ex obitu D. Ludovici Berenger, vacantem, inſt. fuit D. Hermannus Engelhart, presbyter Magunt. diœc. per D. Johannem Bernhardi, præpoſitum canonicorum regularium in Eytersborck præſent. &c.

Gera

Gera parochia. Veneris decima m. Junii ad parochialem eccleſiam in Gera, ex reſignatione D. Johannis Muth, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit denuo D. Fredericus Steeger, per validum Fredericum de Witzleuben præſ. &c.

Sufelt parochia. Veneris XVII Junii ad parochialem eccleſiam in Sufelt, ex reſignatione D. Johannis Seber, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Schluntzinck, per ſtrenuum Rudolfum de Bunaw in Tanrode præſ. &c.

Schalckenborck parochia. Martis XXVIII Junii ad parochialem eccleſiam in Schalckenborck, ex obitu D. Borckardi Voyth, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Bernhardus Piſtor, presbyter Magunt. diœc. per venerabilem & eximium virum D. Johannem Nithart licentiatum, D. Henricum Prumheym, plebani eccleſiæ S. Bonifacii in Sommerde procuratorem, heri coram me notario præſent. &c.

Confirmatio archipresbyteri ſedis Sommerde. Die Martis, XII Julii ad officium archipresbyteratus ſedis Sommerde, ex dimiſſione D. Johannis Dyelſchnyders vacans, confirmatus & inſt. fuit D. Magiſter Georius Wolffart, plebanus in Vippich, per plebanos dictæ ſedis concorditer electus & præſentatus, præſentibus Andrea Buchenner pedello & Henrico Nappe ſcolare Mogunt. diœc. teſtibus.

Mathiae vicaria. Jovis XIV Julii ad vicariam altaris S. Petri & Pauli apoſtolorum in parochiali eccleſia S. Mathiæ Erffords. ſiti, ex obitu Mag. Johannis Warsheim, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit diſcretus vir Severus de Sachſa, clericus Magunt. diœc. per communitatem & parochianos dictæ eccleſiæ præſentatus &c. præſentibus magiſtris Nicolao Femell & Johanne Elliger de Butſtet teſtibus.

Mellenbach vicariatus. Sabbati XVI Julii ad vicariatum parochialis eccleſiæ in Mellenbach, ordini ſive monaſterio fratrum

trum minorum in Erfford. incorporatum, ex obitu D. Frederici Sutoris, dicti ordinis profeſſi, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit religioſus D. Urbanus Arnoldi, ejusdem ordinis profeſſus, per venerabilem & religioſum virum D. Conradum Kleyngen, prædicti ordinis fratrum minorum per Thuringiam conſtitutorum cuſtodem, præſent. &c.

Knaw parochia, Laſſigk, Pahern capella. Mercurii XX Julii ad parochialem eccleſiam in Knaw, ac capellas in Laſſigk & Pahern, ex obitu D. Johannis Neweſteyn, ultimi poſſeſſoris eorundem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Wederer, presbyter Magunt. diœc. per ſtrenuum virum Hanſonem de Brandeſteyn in Wernberck & validum Jacobum de Greſſendorff præſentatus.

Czwawitz parochia. Sabbati penultima Julii ad parochialem eccleſiam in Czwawitz, ex obitu Nicolai Hellers vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Rebell, per validum Hermannum de Weyſſenbach in Altenberga commorantem &c. præſentibus D. Johanne Coci de Lynda & Balthaſare Piſtoris.

Bechſtet parochia Mercurii tertia Auguſti ad parochialem eccleſiam in Bechſtet in libra, ex obitu D. Johannis Bromell vacantem, inſt. fuit D. Jacobus Kœpell, per D. Melchiorem præpoſitum monaſterii canonicorum regularium Erfford. præſentatus &c. præſentibus D. Mag. Johanne Elliger de Butſtet & Andrea Biſchoff teſtibus.

Ilmen vicaria. Veneris XII Auguſti ad vicariam altaris S. Trinitatis in monaſterio ſanctimonialium in Ilmen, ex obitu D. Bernhardi Rufshart vacantem, inſt. fuit Johannes Graff, clericus, in perſonam D. Nicolai Rottendorffers, ſubſtituti procuratoris D. Martini de Kere, coram notario Jacobo Holtegel per Nicolaum Machleyth, advocatum ſecularem monaſterii prædicti præſentatus &c. præſentibus Theoderico Geyeb & Gothardo Schmaltz. *Ste-*

Digitized by Google

Steten parochia. Mercurii XVII Auguſti ad parochialem eccleſiam in Steten, ex libera reſignatione D. Hermanni Engelhart, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, per venerabilem virum D. Johannem Bernhardi, præpoſitum monaſterii canonicorum regularium in Itersborck præſentatus & inſtitutus fuit D. Borckardus von der Eych &c.

Mathiae vicaria, reſignatio. Jovis XVIII Auguſti Joachim Utisberck, clericus Magunt. diœc. vicarius altaris S. crucis in parochiali eccleſia S. Mathiæ Errford. ſiti, non vi, dolo &c. dictam ſuam vicariam in & ad manus D. officialis ſimpliciter reſignavit, tactis &c. juravit quod in hujusmodi reſignatione non intervenit fraus, dolus &c. obtinens eandem reſignationem admitti, quo facto D. Mag. Anthonius Lauffer exhibuit præſentationem de perſona ſua in & ad dictam vicariam, per providum Andream Utisberck factam &c.

Luchaw vicaria. Martis XXIII Auguſti ad vicariam altaris S. Katharinæ in parochiali eccleſia oppidi Luchaw, ex obitu D. Balthaſaris Hallen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Urbanus Raws, presbyter Magunt. diœc. per burgimagiſtros & juratos conſules dicti oppidi Luchaw præſentatus &c.

Uhma praemiſſaria. Jovis XXV Auguſti ad vicariam ſive præmiſſariam altaris S. Annæ in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. in Uhma, ex libera reſignatione D. Johannis Dopffer, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Jacobus Molle, presbyter Magunt. diœc. per D. Alexium Croſſemer, plebanum dictæ eccleſiæ præſent. &c.

Illffersgehoffen vicaria. Sabbati XXVII Auguſti ad vicariam altaris in capella S. Spiritus in leproſorio prope Illffersgehoffen ſiti, ex libera reſignatione D. Kiliani Geyer, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Rottendorffer,

dorffer, per Eraſmum Schade & Agnetem ejus uxorem de geneologia der Brun præſent. &c.

Luchaw vicaria. Mercurii ſeptima m. Septembris ad vicariam altaris corporis Chriſti in parochiali eccleſia oppidi Luchaue, ex obitu D. Sebaſtiani Sutoris, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Sebaſtianus Meinlen, per burgimagiſtros & juratos conſules dicti oppidi Luchaw præſ. &c.

Oſtermonner parochia. Lunæ XII Septembris ad parochialem eccleſiam S. Pancratii in Oſtermonner, ex obitu D. Ignatii Kauffmanns, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit diſcretus Gregorius Koningk, per validum Hanſonem Knuth ſeniorem præſent. &c.

Arnſtet vicaria. Veneris XVI Septembris ad perpetuam vicariam altaris b. Mariæ virg. ac SS. Fabiani & Sebaſtiani in parochiali eccleſia S. Bonifacii oppidi Arnſtet ſiti, ex obitu D. Bertholdi Drompstorff, ultimi poſſeſſoris ejusdem,. vacantem, inſt. fuit diſcretus vir Chriſtophorus Zceuge, clericus Magunt. diœc. per providos Chriſtophorum Bromell & Johannem Kremer, proconſules dicti oppidi Arnſtet præſent. &c.

Oppurck praemiſſaria. Die vero Lunæ, XIX Septembris ad præmiſſariam parochialis eccleſiæ in Oppurck, ex obitu D. Henrici Coci, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Stephanus Piſcatoris per validos Eberhardum, Henricum, Georgium & Felicem de Brandenſteyn in Oppurck commorantes præſent. &c.

Manſtet parochia. Die vero Lunæ, XXVI m. Septembris ad parochialem eccleſiam in Manſtet, ex obitu D. Melchioris Kreyger, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Anthonius Grunenberck, presbyter Magunt. diœc. per validos Henricum & Caſparum Marſcalck de Goſſerſtet præſent. &c.

Konigſehe capella. Eodem die ad vicariam capellæ S. crucis

cis in Konigſehe, ex libera reſignatione D. Nicolai Gottelinck, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Mach eyth, per generoſum & nobilem virum Guntherum comitem in Schwartzborck & Dn. in Arnſtet & Sundershuſen præſentatus &c.

Eysleuben parochia. Lunæ tertia m. Octobris ad vicariatum parochialis eccleſiæ in Eysleuben, ex obitu D. Symonis Erhardi, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Valentinus Hennyngk, presbyter Magunt. diœc. per venerabiles & religioſas D. Katharinam Frenckelin abbatiſſam, Margaretham Oberintzen prioriſſam & totum conventum monaſterii ſanctimonialium in Ichershuſen præſent. &c.

Wetzendorff parochia. Mercurii quinta m. Octobris ad parochialem eccleſiam in Wetzendorff, ex obitu D. Michaelis Stœckell, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Ambroſius Forſte, presbyter Halberſtad. diœc. per ſtrenuum virum Johannem de Werther militem præſent. &c.

Tanwarth parochia. Mercurii XII Octobris ad parochialem eccleſiam in Tannwart, ex libera reſignatione D. Iheronimi Beckers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Leſſheimer, presbyter Magunt. diœc. per ſtrenuum virum D. Theodericum de Witzleuben militem in Wolmerſtet præſent. &c.

Rotenberga parochia. Sabbati XV Octobris ad parochialem eccleſiam in Rottenberga, ex obitu D. Johannis Lyſſen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Iheronimus Becker, per ſtrenuum virum D. Johannem de Werther militem præſentatus &c.

Electio & confirmatio archipresbyteri ſedis Ilſſersgehoſſen. Eodem die D. Hermannus Rengelroth, archipresbyter ſedis Illſſersgehoſſen, plebanus in Stotternheym, reſignavit dictum

 ſuum

ſuum officium archipresbyteratus in & ad manus plebanorum dictæ ſedis, quo facto D. Jacobus Buchner in Clettebich, Petrus Ganſſ in Bynttersleuben, Johannes Weledder in Giſpersleuben, Kilian Eraſmus Hutreuſſer in Mittelhuſen, Caſparus Beyger in Illſſersgehoſſen, Johannes Stromar in Biſchoffsleuben, Bertholdus Heymburge in Frynſtet, Hermannus Eymer in Gotſtet, unanimiter elegerunt D. Johannem Nebbeler, plebanum in Schmyra præſentem, ad dictum officium archipresbyteratus ſedis Illſſersgehoſſen, præſentantes eundem electum Dn. officiali, petentes una cum electo electionem admitti & electum præſentatum confirmari, unde Dn. officialis eandem electionem rite factam tanquam canonicam admiſit, ac eundem D. Johannem Nebbeler, petentem & inſtantem, ad dictum officium inſtituit & eundem confirmavit, juramento ſolito ab eodem recepto præmiſſo, præſentibus D. Mag. Nicolao Femell & Iheronymo Becker presbytero Maguntinæ diœceſ. teſtibus.

Totteleuben parochia. Eodem die Sabbati ad parochialem eccleſiam in Totteleuben, ex reſignatione D Michaelis Falckenſteyn, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit diſcretus vir Johannes Schlegell, per rev. patrem D Michaelem abbatem monaſterii S. Georii in Burgeln præſent. &c.

Goſſerſtet parochia. Jovis XX m. Octobris ad parochialem eccleſiam villæ Goſſerſtet, ex libera reſignatione D. Anthonii Grunenberck, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Jacobus Schmedt, alias Spyſſer, per validos Henricum & Caſparum Marſchalck ſeniores, in Goſſerſtet commorantes præſentatus &c.

Arolshuſen parochia. Aroldishuſen vicaria. Sabbati XXX Octobris ad parochialem eccleſiam SS. Petri & Pauli apoſtolorum in Aroldishuſen minori ac ad vicariam altaris S. Kathari-

tharinæ in parochiali eccleſia villæ Aroldishuſen majori ſiti, ex libera reſignatione D. Georii... ultimi poſſeſſoris earundem, vacantem, inſtit fuit D. Balthaſar Sontheymer, clericus Herbipol. diœc. per providos Theodoricum Syboth & Hanſonem Contzells ſeniores, ac totam communitatem dictæ villæ Aroldishuſen minoris, ad petitionem D. Hanſonis de Werther militis, præſentatus &c.

Novi operis vicaria. Jovis XXIV m. Novembris ad vicariam altaris decem millium martyrum &c. in parochiali eccleſia novi operis Erfford. ex obitu D. Johannis Frederici, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt fuit D. Nicolaus Ottonis in perſonam Nicolai Eſchwe, procuratoris ſui legitimi, per D. Johannem Bock præſent. &c.

Newenmargkt parochia. Die Lunæ XXVIII m. Novembris ad parochialem eccleſiam in Newemargkt, ex obitu D. Johannis Pilgerym vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Cleſtebich, per illuſtrem principem & DD. Johannem ducem Saxoniæ &c. præſentatus &c.

Goſtenytz parochia. Martis penultima Novemb. ad parochialem eccleſiam in Goſtenytz, ex obitu D. Marci Weytkorn, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Thomas Meyge, per validum Philippum Ryebythz præſ. &c.

Butſtet in Wenden parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam in Butſtet in Wenden, ex obitu D. Cyriaci Giſſeler vacantem, inſt. fuit D. Wolffgangus Rabe, per validum Henricum de Wyehe capitaneum in terra Iherichaw & Loberick præſentatus &c.

Kolba vicaria. Jovis prima m. Dec. ad capellam ſeu vicariam altaris b. Mariæ virg. in Kolba, ex libera reſignatione D. Nicolai Schuchmans, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacan-

Digitized by Google

tem, inſt. fuit D. Valentinus Ryber, clericus Magunt. diœc. per validum Hermannum de Kolba præſent. &c.

Laurentii vicaria. Sabbati tertia Decembris ad vicariam altaris S. Nicolai & Katharinæ ceterorumque patronorum in parochiali eccleſia S. Laurentii Erfford. ex obitu D. Johannis Pilgerym, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Wolffgangus Kyeme, clericus Friſingenſis diœc. per Sifridum Starcke oppidanum Erfford. præſent. &c.

Baldeſtet parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam in Baldeſtet, ex libera reſignatione D. Valentini Arper, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit diſcretus vir Bernhardus Brew, clericus Bamberg. diœc. per D. Johannem Bock, canonicum Gothanum, præſent. &c.

Ilmen vicaria Die vero Lunæ quinta m. Decembris ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia oppidi Ilmen ſiti, ex libera reſignatione D. Mathiæ Weingeroth, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes de Greſſendorff, clericus Magunt. diœc. per generoſum & nobilem Guntherum comitem de Schwartzborck & Dn. in Arnſtet & Sundershuſen præſent. &c.

Bergern capella. Eodem die Lunæ, quinta m. Decembris ad capellam S. Margarethæ in Bergern, ex obitu D. Johannis Joch, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Adam Baſtart, clericus Bamberg. diœc. per validum Chriſtianum de Witzleuben in Bercka præſent. &c.

Pauli vicaria Die vero Sabbati, decima m. Decembris ad vicariam altaris corporis Chriſti in parochiali eccleſia S. Pauli Erffords. ſiti, ex libera reſignatione D. Nicolai Rottendorffers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Caſparus Stotzer, in perſonam Johannis Edeſſeın ſui procuratoris per Johannem Gleſſer & Theodoricum Keul, Altermannos

nos, Georium Fredericum Johannem Greffe, Nicolaum Grunenberck, Hanſonem Lutolff, Theodoricum Ruell, Petrum Franckenberg, Hans Behem, Caſparum Blettenner, Nicolaum Ludewigk & Adam Folckenner, ſeniores communitatis dictæ eccleſiæ S. Pauli Erfford. præſent. &c.

Mons S. Petri parochia. Jovis XV Dec. ad parochialem eccleſiam Montis S. Petri prope Camborck, ex obitu D. Johannis Hackeſpan, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Martinus Ihan, per R. P. D. Michaelem abbatem monaſterii S. Georgii in Burgeln, Numburg. diœc. ordinis S. Benedicti &c. præſentatus.

Sommerde major vicaria. Die vero Sabbati XVII Dec. ad perpetuam vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia S. Bonifacii in Sommerde majori ſiti, ex obitu D. Johannis Dylſchnyders vacantem, inſt. fuit D. Mag. Conradus Seligk, in perſonam Nicolai Eſchewe ſui legitimi procuratoris, per D. Johannem Nithart, in decretis licentiatum, venerabilis & nobilis viri D. Henrici Prumheym canonici majoris eccleſiæ Magunt. & plebani dictæ eccleſiæ S. Bonifacii principalis procuratorem, præſentatus &c.

Ichtershuſen vicaria. Veneris XXIII Decembris ad vicariam altaris b. Mariæ virg. & S. Johannis evang. monaſterio S. Georgii in Ichtershuſen ſiti, ex obitu D. Symonis Erhardi, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Johannes Mentzer, clericus Magunt. diœc. per venerabiles & religioſas D. Katharinam Frenckelyn abbatiſſam, Margaretham de Oberintzen prioriſſam & totum conventum dicti monaſterii in Ichtershuſen præſentatus &c.

Eſsdorff vicaria. Lunæ XIX Decembris ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia villæ Eſsdorff ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Rudolffi, ultimi poſſeſſoris

Digitized by Google

ejusdem, vacantem, inſt. fuit Thomas Meyſſe, clericus Bamberg. diœc. per D. Chriſtophorum de Witzleuben plebanum in Rudelſtat præſentatus &c.

Ihenis vicaria. Anno Dom. milleſimo quingenteſimo viceſimo, indictione octava, die vero Sabbati ſeptima m. Januarii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Dn noſtri D. Leonis divina providentia papæ decimo anno ſeptimo, ad vicariam altaris corporis Chriſti & SS. Katharinæ & Barbaræ in eccleſia S. Johannis extra muros Ihenenſ. ſiti, ex obitu D. Mag. Johannis Gera inſt. fuit D Benedictus Wagenner, presbyter Magunt. diœc. per burgimagiſtros & conſules juratos oppidi Ihenenſis præſentatus, judiciali &c. præſentibus D. Georio Schiell & Thoma Meyſſe, clerico Magunt. & Bamberg. diœc. teſtibus.

Weyra capella. Die vero Jovis, XII m. Januarii ad capellam ſive altare S. Nicolai in Weyra, ex obitu D. Nicolai Schmedt, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D Johannes Wagener, presbyter Bamberg. diœc. per illuſtrem principem & DD. Johannem ducem Saxoniæ &c. præſ. &c.

Neuſetz parochia. Lunæ XVI Januarii ad parochialem eccleſiam in Neuſitz, nomine parochiæ Orlamundenſis archidiaconatui in eccleſia omnium ſanctorum in arce Wittenbergenſi incorporatam, ex obitu D. Petri Fabri, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Henricus Froſch, presbyter Bamberg. diœc. per illuſtrem principem & DD. Fredericum Dei gratia ducem Saxoniæ, S. R. I. Archimarſchalkum, principem electorem & vicariam &c. ad nominationem capituli dictæ eccleſiæ præſentatus &c. judiciali &c. præſentibus magiſtro Johanne Brandebolck & Andrea Buchener teſtibus.

Schopffendorff parochia. Die Sabbati, XXVIII m. Januarii ad parochialem eccleſiam S. Martini in Schopffendorff, ex libera

libera reſignatione D. Michaelis Styntzinck, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Martinus Keyſer, clericus Bamberg. diœc. per D. Johannem Bernhardi præpoſitum monaſterii canonicorum regularium in Eyttersborck præſentatus, judiciali &c. præſentibus D. Nicolao Rottendorff & Caſparo Arnbrecht teſtibus.

Loweſteyn vicaria. Martis ultima m. Januarii ad vicariam altaris S. Georii in caſtro Lowenſteyn, ex obitu D. Martini Suffa, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Adelarius Wyedemann, per Johannem Thoën, præfectum in Lowenſteyn, ſuo & Frederici Thoën præfecti in Wymarr necnon Henrici Thoën fratrum & conſanguineorum nomine præſ. &c.

Martini intra vicaria. Veneris decima m. Febr. ad vicariam altaris SS. Symonis & Judæ in parochiali eccleſia S. Martini intra Erfford. ex libera reſignatione D. Sebaſtiani Reynboth, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Schada, clericus Magunt. diœc. per providum Eraſmum Schadt & Agnethem ejus uxorem de familia dictorum der Keſſelborn præſent. &c.

Mercatorum vicaria Jovis XVI Febr. ad vicariam altaris S. Andreæ & Katharinæ in parochiali eccleſia mercatorum Erfford. ſiti, ex libera reſignatione D. doctoris Martini de Margarita, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit diſcretus Hennungus de Margarita, clericus Magunt. diœc. in perſonam Johannis Hecht, ſui legitimi procuratoris, per providum Hermannum de Magarita ſeniorem ex geneologia dictorum von der Marthen præſentatus, judiciali &c. præſentibus Andrea Biſchoff & Johanne Sachſenroder teſtibus.

Wolmerſtet parochia. Sabbati XVIII Februarii ad parochialem eccleſiam in Wolmerſtet, ex libera reſignatione D. Thomæ Muſſekoch, vacantem, inſt. fuit D. Kilianus Richterr, per D. Theodoricum de Witzleuben militem in Wolmerſtet commorantem præſentatus &c. *Lau-*

Digitized by Google

Laurentii vicaria. Jovis XXIII m. Februarii ad vicariam ſeu commendam altaris corporis Chriſti & omnium apoſtolorum in parochiali eccleſia S. Laurentii Erfford. ex obitu D. Bertholdi Drompſtorff, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Greſſenaw, presbyter Magunt. diœc. per Urſulam Paberewitz in Neweſtat præſentatus in perſonam Theodorici Edeſſem, ſui legitimi procuratoris &c. præſentibus Henrico Goltſteyn & D. Johanne Libolt teſtibus.

Bechſtet ſupra Waget parochia. Martis XXVIII, quæ fuit penultima m. Februarii ad parochialem eccleſiam in Bechſtet ſupra Waget, ex libera reſignatione D. Henrici Piſtoris, vacantem, inſtit. fuit Jacobus Schyſter de Ebendorff, clericus Ratisbonenſ diœc. per Melchiorem Wigandi, præpoſitum monaſterii canonicorum regularium Erfford. ordinis S. Auguſtini præſentatus &c.

Steten parochia. Mercurii ultima Febr. ad parochialem eccleſiam S. Kiliani in Steten, ex obitu D. Borckardi von der Eychen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Jacobus Gundermann, presbyter Magunt. diœc. per venerabilem virum D. Johannem Bernhardi, præpoſitum monaſterii canonicorum regularium in Eyttersborck ordinis S. Auguſtini præſentatus, judiciali &c. præſentibus D. Joh. Rotſack &c.

Mittelhuſen parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam villæ Mittelhuſen, ex libera reſignatione D. Eraſmi Huttereuffer, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Arnoldus Pattoff, presbyter Magunt. diœc. per R. P. D. Melchiorem abbatem monaſterii S. Viti in Oldisleuben ordinis S. Benedicti præſent. &c.

Servatii Erfford. parochia. Eodem die D. Johannes Nithart, in decretis licentiatus, procurator rev. patris D. Engelberti Erckel b. Mariæ virg. & S. Severi Erfford. eccleſiarum

præ-

Digitized by Google

præpoſiti, parochialem eccleſiam S. Servatii Erfford. ex libera reſignatione D. Arnoldi Pattoſſ, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, hodie coram me notario facta & per dictum D. Johannem Nithart recepta & admiſſa honorabili viro D. Eraſmo Huttereuſſer, presbytero ibidem præſenti & pure propter Deum petenti, contulit & ſibi de eadem providit ac ipſum ad eandem eccleſiam inſtituit &c.

Newenbeuth capella. Veneris ſecunda m. Martii ad capellam S. Mauritii & ſociorum ejus in Newenbeuthen, ex libera reſignatione D. Johannis Pentzers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Vitus Hornunck, clericus Magunt. diœc. per validum Jodocum Poſſeck, ſeniorem in Wiſſpach præſentatus &c.

Trauwen, Leumenitz capellae. Lunæ quinta m. Martii ad capellam S. Georgii in Trauwen ac ad capellam b. Mariæ virg. in Leumenitz, ex reſignatione D. Nicolai Claus, ultimi poſſeſſoris earundem, vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Homborck, in perſonam D. Borckardi Balbach, ſui legitimi procuratoris, per validum Jodocum vom Hayn in Weltwitz præſentatus &c.

Maw parochia. Jovis octava Martii ad parochialem eccleſiam in Maw, ex obitu D. Johannis Berckener, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Dober, presbyter Numburgenſis diœc. per R. P. D. Gregorium abbatem in Gennehayn præſent. &c.

Blanckenberck vicaria. Martii ad vicariam altaris b. Margarethæ in parochiali eccleſia oppidi Blanckenberck, ex obitu D Johannis Thyem, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Valentinus Seytz, presbyter Magunt. diœc. per Johannem Fyſcher proconſulem & conſulatum dicti oppidi Blanckenberck præſent. &c.

Digitized by Google

Collede vicaria. Eodem die ad vicariam altaris b. Mariæ Magdalenæ & Katharinæ in parochiali eccleſia S. Wiperti in Collede ſiti, ex libera reſignatione D. Henrici Roſpach vacantem, inſt. fuit Johannes Glyme, per D. præpoſitum, abbatiſſam & conventum monaſterii monialium in Collede præſentatus, in perſonam Nicolai Eſchewe ſui legitimi procuratoris &c.

Ranyſs capella. Sabbati XVII Martii ad capellam S Nicolai in Ranyſs, ex obitu D. Andreæ Sommerfeldes, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit diſcretus vir Johannes Grew, clericus Magunt. diœc. per ſtrenuum virum D. Felicem de Brandeſteyn præſent. &c.

In Golitz minori vicaria. Jovis XXII Martii ad vicariam altaris S. Laurentii & Ceciliæ in villa Golitz minori ſiti, ex obitu D. Johannis Thyeme, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt fuit diſcretus vir Johannes Ludolffi, clericus Mag. diœc. per D. Bernhardum Ludolffi plebanum in Qwittelsdorff præſentatus &c.

Czwackaw capella. Eodem die ad capellam S. Nicolai in Czwackaw, ex reſignatione D. Henrici Kabitz, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Jacobus Hayn, clericus Magunt. diœc. per validum Caſparum de Moyſſem in Myſen præſentatus &c.

Crochſtet capella. Veneris XXIII Martii ad vicariam altaris S. Valentini in capella Crochſtet ſiti, ex reſignatione D. Alexii Groſſners, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Petrus Meltzer, clericus Magunt. diœc. per Henricum & Ludovicum de Curia præſent. &c.

Arnſtet vicaria. Lunæ ſecunda m. Aprilis ad perpetuam vicariam altaris SS. Petri & Pauli apoſtolorum in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. Arnſtadenſis, ex obitu D. Hermanni Sulynges, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit

D.

D. Petrus Itges, per validum Fredericum de Witzleuben, in Lebeſteyn commorantem, præſent. &c.

Cranchborn parochia. Die vero Lunæ XVI m. Aprilis ad parochialem eccleſiam S. Mauritii in Cranchborn, ex libera reſignatione D. Jodoci... ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Wylde, presbyter Magunt. diœc. per D. Johannem de Sachſa doctorem præſent. &c.

Nuſes capella. Eodem die ad capellam b. Mariæ virg. in Nuſes prope Newemargkt, ex obitu D. Nicolai Rudolffi, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Mathias Zcysſtorff, per illuſtrem principem & DD. Johannem ducem Saxoniæ &c. præſentatus.

Schillingeſtet parochia. Martis XXIV Aprilis ad parochialem eccleſiam in Schillingeſtat, ex reſignatione D. Alberti Schope vacantem, inſt. fuit D. Andreas Harraſſ, presbyter Magunt. diœc. per D. Melchiorem abbatem in Oldiſsleuben præſentatus &c.

Wymar ſuperior parochia. Jovis XIX Aprilis ad vicariam b. Mariæ virg. Annæ & corporis Chriſti in eccleſia SS. Petri & Pauli apoſtolorum in ſuperiori Wymar, ex obitu D. Erhardi Loe vacantem, inſtit. fuit D. Stephanus Sprenger, presbyter Herbipol. diœc. per validos Fredericum Sebaſtianum, Chriſtophorum & Theodericum de Witzleuben, in Ellgesborck commorantes, præſent. &c.

Johannis vicaria. Mercurii ſecunda m. Maji ad vicariam altaris SS. Petri & Pauli apoſtolorum, Eraſmi epiſcopi & martyris in parochiali eccleſia S. Johannis Erfford. ſiti, ex obitu D. magiſtri Johannis Trebra, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit diſcretus vir Johannes Leubenicht, clericus Magunt. diœc. per Nicolaum Tyſſcher & Johannem Keſtenner, altermannos dictæ eccleſiæ præſent. &c.

Digitized by Google

Pauli vicaria. Veneris quarta Maji ad vicariam altaris corporis Chriſti in parochiali eccleſia S. Pauli Erfford. ex obitu D. Caſpari Stotzer, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit diſcretus vir Sebaſtianus Roth, clericus Magunt. diœc. per Johannem Gleſer, Petrum Franckenberck altermannos, Caſparum Blettener & Wolffgangum Stormer capitaneos, Johannem Greſſe, Georgium Frederum, Nicolaum Grunenberck, Hans Lutolff, Theodoricum Ruell, Hans Behem, Nicolaum Ludowick & Adam Fuldener nomine totius communitatis dictæ eccleſiæ S. Pauli Erff. præſent. &c.

Baldeſtet parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam in Baldeſtet, ex libera reſignatione D. Bernhardi Brews, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Michael Scheffer, presbyter Magunt. diœc. per D. Johannem Bock præſentatus &c.

Buſſeleuben parochia. Sabbati quinta m. Maji ad vicariatum parochialis eccleſiæ in Buſſeleuben, eccleſiæ S. Severi Erford. incorporatæ, ex obitu D. Nicolai Manſomen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Kurlebeck, per Dn. decanum & capitulum dictæ eccleſiæ S. Severi Erff. ad nutum eorum amovibilis, præſent. &c.

Schwabistorff parochia. Veneris XI Maji ad parochialem eccleſiam S. Viti in Schwabistorff, ex libera reſignatione D. Philippi Schmedt vacantem, inſtit. fuit D. Jacobus Koppell, per validum Eckart Ganſs præſent. &c.

Bartholomaei parochia. Veneris XVIII ad parochiam S. Bartholomæi Erfford. ex obitu D. Jodoci Helſemann, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Henricus Emychen alias Kroner, clericus Mag. diœc. per providum Adelarium Kroner alias Emychen præſent. &c.

Heyda parochia. Lunæ XXI Maji ad parochialem eccleſiam

Digitized by Google

ſiam S. Mariæ Magdalenæ in Heyda, ex obitu D. Michaelis Doleatoris, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Arnoldi alias balneatoris, per validum Georium de Witzleuben præſent. &c.

Ihenis vicaria. Die Jovis XXIV m. Maji ad vicariam ſeu præmiſſariam altaris in parochiali eccleſia S. Michaelis oppidi Ihenis ſiti, ex obitu D. Nicolai Ottonis, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Hermannus Wiſſenbach, per venerabiles & religioſas D. Katharinam de Kolba abbatiſſam, Annam Mawers prioriſſam & totum conventum monaſterii ſanctimonialium in Ihenis præſentatus in perſonam D. Mag. Georii Wolffart, ſui procuratoris &c.

Schmyra vicaria. Sabbati XXVI Maji ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia villæ Schmyra ſiti, ex libera reſignatione Leonhardi Berners, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Stephanus Sutoris alias Teuffel, clericus Mag. diœc. per D. Johannem Nebbeller plebanum in Schmyra præſentatus &c.

Andreae vicaria. Jovis ultima Maji ad perpetuam vicariam altaris SS. Eraſmi & Nicolai in parochiali eccleſia S. Andreæ Erfford. ſiti, ex obitu D. Johannis Morchs vacantem, inſt. fuit D. Johannes Amberga, presbyter Magunt. diœc. per R. P. D. Nicolaum abbatem in Volckerode præſentatus in perſonam mag Nicolai Femel, ſui procuratoris &c.

Nebbra parochia. Mercurii penultima Maji ad parochialem eccleſiam in Nebbra, ex libera reſignatione D. Johannis Breme vacantem, inſt. fuit D. Georius Tham, per validum Wolffgangum de Nyſſmyntz præſent. &c.

Ilmen vicaria. Sabbati ſecunda m. Junii ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia oppidi Ilmen ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis de Greſſendorff, ultimi poſſeſ-

ſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit venerabilis & eximius vir D. Jodocus Ihonas, utriusque juris licentiatus, per generoſum & nobilem D. Guntherum comitem de Schwartzborck & D. in Arnſtet & Sundershuſen præſent. &c.

Eckſtet parochia. Mercurii ſexta m. Junii ad parochialem eccleſiam in Eckſtet, ex obitu D. Bertholdi Waltheri, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Fryſchman, presbyter Magunt. diœc. per validum Michaelem Vytzthum præſentatus in perſonam Nicolai Eſchwe, procuratoris ſui legitimi. Vid. Docum. n. XV b.

Schmedeſtet vicaria. Mercurii XIII m. Junii ad vicariam altaris SS. Coſmæ & Damiani in capella Schmedeſtet ſiti, ex libera reſignatione Sebaſtiani Reymboth, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit Adelarius Zcyegeller, clericus Magunt. diœc. per proconſules & conſules oppidi Erffordenſ. præſentatus &c.

In hoſpitali novo vicaria. Eodem die ad vicariam altaris S. Andreæ in novo hoſpitali extra muros oppidi Erford. ſiti, ex libera reſignatione Sebaſtiani Reymboth, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Adelarius Czyegeller, per proconſules & conſules oppidi Erford. præſent. &c.

Arnſtet vicaria. Sabbati XVI m. Junii ad perpetuam vicariam altaris S. trinitatis & b. Mariæ virg. in capella caſtri Arnſtet ſiti, ex libera reſignatione D. Chriſtopheri Zcwiſtern, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit Bonifacius Rempe, clericus Magunt. diœc. per generoſum & nobilem virum D. Guntherum comitem in Schwartzborck Dn. in Arnſtet & Sundershuſen præſent. &c.

Oberndorff parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam in Oberndorff, ex libera reſignatione D. Johannis Greffendorff, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D.

Chri-

Chriſtophorus Zcwiſtern, presbyter Magunt. diœc. per generoſum & nobilem D. Guntherum comitem de Schwartzborck &c. præſent. &c.

Endersdorff minori parochia. Die vero Lunæ, XVIII m. Junii ad parochialem eccleſiam in Endersdorff minori, ex libera reſignatione D. Johannis Friſchmans vacantem, inſt. fuit D. Fredericus Jodoci, per validum Balthaſarem de Eychenberck præſent. &c.

Confirmatio archipresbyteri ſedis Guttishuſen. Eodem die ad officium archipresbyteratus ſedis Guttishuſen, ex dimiſſione D. Johannis Billuff vacans, confirmatus & inſt. fuit D. Johannes Molitoris, plebanus in Ryeſſen ſuperiori, per plebanos dictæ ſedis concorditer electus & præſent. &c.

Viti vicaria. Jovis XXI Junii ad vicariam altaris SS. Andreæ, Bartholomæi, Philippi & Jacobi, decem millium martyrum & Margarethæ in parochiali eccleſia S. Viti Errford. ſiti, ex obitu D. Johannis Lindenhauers vacantem, inſt. fuit D. Laurentius Salvelt, per altermannos & capitaneos dictæ eccleſiæ præſent. &c.

Mercatorum vicaria. Eodem die mag. Nicolaus Femell procurator mag. Anthonii Lauffer, hodie coram me notario ad hoc conſtitutus, renuntiavit juri, liti & cauſæ partis ſuæ in & ad vicariam altaris SS. Petri & Pauli, Jodoci & crucis in parochiali eccleſia mercatorum Erfford. ſiti competentibus, conſentiens, quod D. mag. Petrus Ebberbach, ex adverſo ad eandem vicariam præſentatus, per D. Johannem Bock inſtituatur, quo facto D. mag. Petrus, ita ut præmittitur, præſ. &c.

Huſshelderungen vicaria. Lunæ XXV Junii ad vicariam altaris S. Katharinæ in parochiali eccleſia Huſshelderungen ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Werners vacantem, inſt. fuit D. Mauricius Kremer, presbyter Magunt. diœc. per

gene-

generoſum & nobilem D. Erneſtum comitem in Mansfelt & D. in Helderungen præſent. &c.

Denſtet parochia. Martis XXVI m. Junii ad parochialem eccleſiam in Denſtet, ex libera reſignatione D. Bartholomæi Konnenmuth vacantem, inſt. fuit D. Henricus Strube, presbyter Mag. diœc. per venerabilem virum D. Andream Rotenſteyn, exemptæ eccleſiæ collegiatæ omnium ſanctorum in Wittenberck præſent. &c.

Suſſeborn parochia. Jovis XXVIII m. Junii ad parochialem eccleſiam in Suſſeborn, ex libera reſignatione D. Petri Leber, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Henricus Jacobi, presbyter Magunt. diœc. per validum Theodoricum Ganſs præſent.

Kopitz parochia. Mercurii quarta m. Julii ad parochialem eccleſiam in Kopitz, ex obitu D. Urbani Sifridi vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Bottemer, presbyter Magunt. diœc. per illuſtrem principem & DD. Johannem ducem Saxoniæ &c. præſentatus.

Mittelhuſen parochia. Jovis quinta m. Julii ad parochialem eccleſiam in Mittelhuſen, ex libera reſignatione D. Arnoldi Pattoff, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Nicolaus Werneroth, presbyter Halberſtad. diœc. per R. P. D. Melchiorem abbatem in Oldisleuben præſentatus &c. præſentibus Johanne Furer & Gothardo Schmaltz teſtibus.

In hoſpitali Duderſtaden vicaria. Lunæ noha m. Julii ad vicariam altaris b Mariæ virg. S. Johannis bap. Jacobi, Sebaſtiani & Anthonii in capella hoſpitalis ante valvam ſpaſm. Erfford. ſiti, ex obitu D. Nicolai Reyn, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Mag. Balthaſar Goſſel, per providos Henricum Mertten & Thomam Frytzſch, proviſores & procuratores &c. præſent. &c.

Leu-

Digitized by Google

Leubyngen vicaria. Martis decima Julii ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in capella ejusdem b. Mariæ in Leubingen, ex obitu D. Alberti Schupe vacantem, inſt. fuit D. mag. Johannes Sutoris, per validum Syttich Rych præſent. &c.

Molſtorff parochia. Jovis XII Julii ad parochialem eccleſiam b. Mariæ virg. in Molſtorff, ex libera reſignatione D. Henrici Strube vacantem, inſtit. fuit D. Bartholomæus Konnenmutn & ſibi de eadem proviſum per D. Johannem Nithart licentiatum, procuratorem Dn. præpoſiti eccleſiæ b. Mariæ Erffordenſ.

Nunhoffen vicaria. Lunæ XXIII m. Julii ad vicariam ſeu commendam altaris b. Mariæ in oſſorio Nunhoffen ac ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in eccleſia S. Johannis oppidi Neweſtat ſiti, ex obitu D. Henrici Boſſen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Andreas Gotz, presbyter Bamberg. diœc. per Hanſonem Müller & Nicolaum Drabicher, altermannos in Nunhoffen, ex conſenſu R. P. D. abbatis Salfeldenſis præſent. &c.

Ranſtet parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam in Ranſtet ex dimiſſione ultimi poſſeſioris ejusdem vacantem, inſt. fuit Mathæus Heyder, clericus Magunt. diœc. per D. Nithardum Langenberck, præpoſitum monaſterii S. Mauritii canonicorum regularium prope & extra muros civitatis Numburgenſis præſent. &c.

Zcella capella. Martis XXIV Julii ad capellam b. Mariæ virg. in Zcella, ex obitu D. Martini Wagener, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Conradus Metze, presbyter Magunt. diœc. per Chriſtophorum de Brandeſteyn præſentatus &c. præſentibus D. Hermanno Gruſſen & D. Chriſtophoro Schutzen, presbyteris Mag. diœc. teſtibus.

Urbich capella. Sabbati quarta m. Auguſti ad capellam

 b. Ma-

Digitized by Google

b. Mariæ virg. in Urbich, ex obitu D. Henrici Boſſen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Cyriacus Knabe, per religioſas D. Gertrudem Schynſtet prioriſſam, Eliſabeth Peppin cuſtodiſſam & totum conventum monaſterii ſanctimonialium in Bercka ad petitionem validorum Wilhelmi & Chriſtiani de Witzleuben fratrum præſent. &c.

Walſsleuben titulus. Eodem die ad parochialem eccleſiam ſive curam animarum S. Martini in Waſsleuben in der Langewitz, ex obitu D. Alberti Schuppen vacantem, inſt. fuit D. Johannes Weyner, per D. abbatiſſam & totum conventum monaſterii ſanctimonialium in Ilmen præſent. &c.

Neundorff parochia. Lunæ ſexta m. Auguſti ad parochialem eccleſiam in Neundorff, ex obitu D. Wilhelmi Lucas vacantem, inſt. fuit D. Johannes Reichenbach, per generoſum D. Sebaſtianum de Bappenheym præſentatus in perſonam D. Johannis Guntheri, ſui legitimi procuratoris &c. præſentibus D. Johanne Sontagk &c.

Greffentall vicaria. Eodem die ad vicariam altaris S. Brandani in parochiali eccleſia oppidi Greffentall ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Rychenbach vacantem, inſt. fuit D. Johannes Guntheri, per generoſum D. Sebaſtianum de Bappenheym in Greffentall præſent. &c.

Mercatorum vicaria. Martis ſeptima Auguſti ad vicariam altaris S. crucis ac ſanctorum omnium apoſtolorum & Jodoci cæterorumque patronorum in parochiali eccleſia S. Gregorii alias mercatorum nuncupata Erfford. ſiti, ex obitu D. Mag. Ewaldi Pardiſs, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Martinus de Margarita, utriusque juris doctor, per providos Johannem & Henricum Salvelt fratres præſentatus in perſonam Johannis Arndick, ſui legitimi procuratoris &c.

Croſſen parochia. Jovis nona Auguſti ad parochialem eccleſi-

Digitized by Google

cleſiam in Croſſen, ex libera reſignatione D. Mag. Frederici Hallers, aut alias quovis modo, vacantem, inſt. fuit D. Nicolaus Egra, per honurabilem virum D. mag. Conradum Glytzſch plebanum & divinorum rectorem in Orlamunda præſentatus, præſentibus D. Michaele Enteſeylle, presbytero & Vito Deychgreber, clerico Magunt. diœc. teſtibus &c.

Lobeſchitz parochia. Veneris XVII Auguſti ad parochialem eccleſiam in Lobeſchitz, ex obitu D. Johannis Peuſſell, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Fredericus Wagener, per illuſtrem principem & DD. Johannem ducem Saxoniæ &c. præſent. &c.

Mercatorum vicaria. Die vero Jovis penultima m. Aug. ad perpetuam vicariam altaris S. Catharinæ in parochiali eccleſia S. Gregorii alias mercatorum Erfford. ſiti, ex libera reſignatione honorabilis D. Johannis Molitoris, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Hermannus Fruoff, presbyter Magunt. diœc. per providum virum Balthazarem Gunſtedt oppidanum Erfford. præſent. &c.

Praeſentatio vicariae in Sommerde majori. Mercurii XXIX m. Auguſti D. mag. Conradus Rychenbach, plebanus eccleſiæ S. Petri in Sommerde majori verbo præſentavit D. Johannem Frundt, presbyterum Magunt. diœc. abſentem ad perpetuam vicariam altaris SS. Bartholomæi & Catharinæ aliorumque compatronorum in dicta eccleſia S. Petri, ex obitu D. Henrici Boſs vacantem, petens eundem inſtitui &c. præſentibus Andrea Biſchoff &c.

Endersdorff parochia. Martis quarta m. Septembris ad parochialem eccleſiam in Enderstorff minori, ex obitu D. Frederici Jodoci, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Rychman, presbyter Magunt. diœc. per validum Balthaſarem de Eychenberck præſent. &c.

Digitized by Google

In Sommerde majori vicaria. Jovis ſexta m. Septembris ad perpetuam vicariam altaris SS. Bartholomæi & Catharinæ ceterorumque compatronorum in eccleſia S. Petri loci Sommerde majori ſiti, ex obitu D. Henrici Boſſ, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Frundt, presbyter Magunt. diœc. per D. mag. Conradum Rychenbach de Homborck, plebanum dictæ eccleſiæ S. Petri præſent.

Ihenis vicaria. Sabbati XV m. Septembris ad vicariam altaris SS. Felicis & Adaucti in parochiali eccleſia S. Michaëlis Ihenenſis ſiti, ex obitu D. Johannis de Gera, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit fuit D. Johannes Leubell, per Annam Syſſarts ex familia de Wormſtet præſent. &c.

Servatii vicaria. Lunæ VIII m. Octobris ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia S. Servatii Erfford. ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Rotſacks, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Borckardus Balbach, per D. Eraſmum Huttereuff plebanum, Thomam Wittich & Georium Nack, altermannos S. Servatii Erfford. præſent. &c.

Arnſtet vicaria. Eodem die D. Borckardus Balbach renuntiavit juri, liti & cauſæ, ſibi in & ad vicariam altaris S. ſpiritus in leproſorio prope Arnſtedt ſiti, quomodolibet competenti, conſentiens quod Johannes Sommeringk adverſarius ſuus ad eandem vicariam inſtituatur, quo facto Dn. officialis eundem Johannem Sommeryngk, clericum Paderbornenſis diœc. inſtituit &c.

Cathernaw capella. Mercurii decima Octobris ad vicariam capellæ C. Catharinæ in Cathernaw ſiti, ex obitu D. Johannis Keſemans, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Guntherus Zcener, presbyter Magunt. diœc. per R. P. D. Georgium abbatem monaſterii montis S. Petri extra muros oppidi Salfelt præſent. &c.

Ihenis

Ihenis vicaria. Die Jovis, XXV Octobris ad vicariam altaris S. Annæ in parochiali eccleſia S. Michaelis oppidi Ihenis ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Hawer vacantem, inſtit. fuit Nicolaus Hawer, clericus Ratiſponenſis dioec. per Barbaram Pawell Preunyn, alias Bocken de Churſeruth præſentatus. &c.

Confirmatio ſedis Sommerde. Sabbati XXVII Octobris ad officium archipresbyteratus ſedis Sommerde, ex libera reſignatione D. mag. Georii Wolffart vacans, confirmatus & inſt. fuit D. mag. Conradus Rychenbach, plebanus eccleſiæ S. Petri in Sommerde, per plebanos dictæ ſedis electus & præſent.

Mathiae parochia. Martis penultima m. Octobris D. Johannis Nithart in decretis licentiatus, procurator rev. P. D. Engelberti Erckell, eccleſiæ b. Mariæ virg. Erfford. præpoſiti ad parochialem eccleſiam S. Mathiæ Erfford. ex libera reſignatione D. Hermanni Fruoff, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, diſcreto viro Mathiæ Clopſteyn, clerico Magunt. dioec. præſenti & pure propter deum petenti, contulit & ſibi de eadem providit ac ipſum ad eandem eccleſiam inſtituit &c.

Goynitz vicaria. Sabbathi tertia Novembris ad vicariam altaris S. Eliſabeth in capella villæ Goynitz ſiti, ex libera reſignatione D. Michaelis Halbings, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Laurentius Wolff, per totam communitatem dictæ villæ Goynitz ad petitionem D. mag. Conradi Glitz, plebani in Orlamunda præſent. &c.

Albarum Dominarum vicaria. Martis ſexta m. Novembris ad vicariam altaris corporis Chriſti Simonis & Judæ ac omnium ſanctorum in monaſterio Albarum D. Erfford. ſiti, ex obitu D. mag. Petri Kemmerer vacantem, inſt. fuit Wolffgangus Hyrsbach, clericus Magunt. dioec. per Henricum Monner præſent. &c.

Frondorff parochia. Jovis octava m. Novembris ad parochialem eccleſiam in Frondorff, ex obitu D. mag. Petri Kemmerer, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Hermannus Ryethmann, per generoſum & nobilem virum Henricum comitem in Schwartzborck & D. in Arnſtet & Sundershuſen, ad petitionem abbatiſſæ & conventus monaſterii ſanctimonialium in Franckenhuſen præſentatus, in perſonam D. Henrici Roſsbach, ſui legitimi procuratoris &c.

Arnſtet vicaria. Sabbati XXIV Novembris ad vicariam altaris b. Mariæ Magdalenæ in caſtro Arnſtet ſiti, ex obitu Johannis Scheffelers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Nicolaus Worfell, presbyter Magunt. diœc. per generoſum & nobilem virum Guntherum comitem in Schwartzborck & Dn. in Arnſtet & Sundershuſen præſent. &c.

Kala vicaria. Martis XXVII Novembris ad vicariam altaris S. Catharinæ in parochiali eccleſia oppidi Kala ſiti, ex obitu D. Stephani Leonis, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Petrus Groſs, presbyter per D. Conradum Rups plebanum ibidem præſent. &c.

Tanwart parochia. Mercurii XXVIII Novembris ad parochialem eccleſiam in Tanwart, ex libera reſignatione D. Johannis Leſſenner, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Conradus Strobauch, per ſtrenuum virum D. Theodoricum de Witzleuben militem in Wolmerſtet præſ. &c.

Hoſpitale majus, vicaria. Jovis penultima Novembris D. Johannes Libolt non vi, dolo &c. ſed ſponte & libere omne jus ſibi in & ad vicariam altaris SS. Barbaræ, Dorotheæ & Appolloniæ in novo hoſpitali majori Erfford. ſiti, ex obitu D. Hennunghi de Sachſa, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, quomodolibet competens D. Theodorico Groff, præſenti & acceptanti reſignavit ac liti & cauſæ renuntiandum duxit atque

que renuntiavit, ita tamen quod ſi hujusmodi beneficium vacare contigerit, quod patronis ſuis non præjudicetur hujusmodi renuntiatio & reſignatio impoſterum, conſentiendo quod D. Theodoricus inſt. ad dictam vicariam & dictus D. Johannes Libolt tactis &c. juravit, quod in hujusmodi reſignatione & renuntiatione non intervenit fraus, dolus; deinde D. Theodoricus acceptavit dictam reſignationem, non tamen in præjudicium ſuorum patronorum, obtinens reſignationem admitti &c.

Ranys parochia. Die Lunæ decima m. Decembris ad parochialem eccleſiam in Ranys, ex obitu D. Pauli Zceuner, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Nicolaus Ranys, per nobilem D. Felicem de Brandeſteyn præſent. &c.

Lohmen parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam in Lohmen, ex obitu D. Chriſtiani Wigant, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Ofswaldus Petzolt, per generoſum & nobilem D. Ludowicum comitem de Glichen D. in Blanckenhayn & Cranichfelt præſent. &c.

Ihenis vicaria. Martis XI Decembris ad perpetuam vicariam altaris S. Eliſabeth in parochiali eccleſia S. Michaelis oppidi Ihenis ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Ferber, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit diſcretus vir Volrodus de Schleynitz, per D. abbatiſſam & conventum monaſterii ſanctimonialium in Ihenis præſentatus, in perſonam Thomæ Meyſſe ſui legitimi procuratoris &c.

Thomae vicaria. Eodem die ad vicariam ſummi altaris in parochiali eccleſia S. Thomæ Erfford. ex obitu D. Johannis Molborck, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Huſſen, per D. Jodocum Adeller plebanum dictæ eccleſiæ S. Thomæ præſent. &c.

Neuckerode parochia. Mercurii XII m. Decembris ad parochia-

rochialem eccleſiam in Neuckerode, ex libera reſignatione D. Oſwaldi Petzolt, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit diſcretus vir Stephanus Weber, per Dn. prioriſſam & conventum monaſterii Albarum Dn. Erfford. præſent. &c.

Wymar vicaria. Veneris XIV m. Decembris ad vicariam altaris S. Wiperti in arce Wymar ſiti, ex obitu D. Johannis Molberck, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Johannes Keſtenner, presbyter Magunt. diœc. per illuſtrem principem & DD. Johannem ducem Saxoniæ &c. præſ. &c.

Schoppendorff parochia. Martis XVIII Dec. ad parochialem eccleſiam S. Martini in Schoppendorff, ex obitu D. Martini Keyſſers, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit Erhardus Kremer, per D. Johannem Bernhardi, præpoſitum in Eytersberck præſent. &c.

Arnſtet vicaria. Jovis XX Decembris ad perpetuam vicariam altaris S. Georii in parochiali eccleſia b. Mariæ virg. oppidi Arnſtet ſiti, ex obitu D. Nicolai Gottelinck, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Fredericus de Hopffgarten, per generoſum & nobilem D. Guntherum comitem in Schwartzborck Dn. in Arnſtet & Sundershuſen præſ.

Blanckenberck vicaria. Sabbati XXII Decembris ad perpetuam vicariam altaris S. Catharinæ oppidi Blanckenberck ſiti, in parochiali eccleſia ibidem, ex obitu D. Johannis Gottelinck, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit diſcretus Georius Fyſcher, per burgimagiſtros & conſulatum dicti oppidi Blanckenberck præſent. &c.

Wiſſenberck vicaria. Anno Dom. milleſimo, quingenteſimo viceſimo primo, indictione nona, pontificatus ſanctiſſ. in Chriſto patris & D. noſtri D. Leonis divina providentia papæ decimi anno octavo, die vero Jovis, tertia m. Januarii ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in Wiſſenberck, ex libera reſignatione D. Johan-

Digitized by Google

Johannis Bentter vacantem, inſt. fuit D. Henricus Eſchenbach, per Hanſonem Kruſſ, advocatum D. Frederici Then præſentatus &c.

Raſtenbergk vicaria. Die Lunæ, XIV m. Januarii D Johannes Coci, vicarius altaris ſive capellæ b. Mariæ virg. in Roſtenberck non vi, dolo &c. omnibus melioribus modo & forma, quibus potuit & debuit, dictam vicariam reſignavit tactis &c. deinde D. Kilianus Rychter ad præſentationem D. Kiliani Richter Ruelin, plebani in Raſtenberck &c. inſtitutus fuit &c.

Confirmatio archipresbyteri ſedis Peſſnick. Die Sabbati, XIX Januarii ad officium archipresbyteratus ſedis Peſſnick, ex obitu D. Pauli Zceuner plebani in Rauiſſ, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacans, confirmatus fuit D. Johannes Wagener vicarius in Weyra, per plebanos dictæ ſedis electus & præſ. &c.

Ægidii vicaria. Die Lunæ, XXVIII Januarii D. Borckardus Balbach omni juri ſibi in & ad vicariam altaris SS. Bartholomæi, Coſmæ & Damiani, Mariæ Magdalenæ & Eliſabeth in parochiali eccleſia S. Ægidii Erfford. ſiti, ex obitu D. Benedicti Schluſſers vacantem, quomodolibet competenti, ac liti & cauſæ cœptæ expreſſe renuntiavit, conſentiens quod Henricus Goltſteyn ad eandem inſtituatur, quo facto Johannes Arndunck procurator dicti Heinrici Goltſteyn obtinuit ſe judiciali proclamatione & juramento ſolito in animam principalis ſui præſtito præmiſſis inſtitui ex præſentatione D. Johannis Emerici de Franckenberck doctoris & Franciſci de Sachſa tutorum Annæ Zcyegellerinn, filiæ quondam Siffridi Zcyegellers, per Conradum & Annam filios quondam Hanſonis Zyegellers Zcum Rothenhyrſch, Katharinam Zcyegellers uxorem legitimam dicti doctoris Johannis Franckenbergs, Georium & Johannem Zcyegeller de Falckenſtein, Melchiorem & Hanſo-

Digitized by Google

nem Zcyegeller, filios Theodorici Zcyegellers ac Eraſmum Zcyegeller oppidanum in Molhuſen, præſentibus D. Johanne Rychardi & mag. Johanne Elliger teſtibus.

Nuſes vicaria. Eodem die Lunæ, XXVIII Januarii ad vicariam altaris SS. Nicolai Valentini & Barbaræ in parochiali eccleſia Nuſes ſiti, ex obitu D. Johannis Molborck, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit. D. Johannes Rychardi, per proconſules & conſules oppidi Erfford. præſ. &c.

Hustorff vicaria. Eodem die ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in Hustorff ſiti, ex libera reſignatione D. Johannis Weydeman doctoris, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Adelarius Zcyegeller, clericus Magunt. diœc. per D. Henricum Stauflenpſul præpoſitum & religioſas D. Eliſabeth Preſyn prioriſſam, Katharinam Eysfeldin & totum conventum monaſterii ſanctimonialium in Heustorff præſent. &c.

Omnium ſanctorum vicaria. Die Lunæ, quarta m. Februarii ad vicariam altaris b. Mariæ virg. & decem millium martyrum in parochiali eccleſia omnium ſanctorum Erfford ſiti, ex obitu D. doctoris Henninghi Gode, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. mag. Johannes Huphe de Kindelbrucken, per Conradum Kelner & altermannos dictæ eccleſiæ omnium ſanctorum præſent. &c.

Schonborn parochia. Mercurii ſexta Februarii ad parochialem eccleſiam in Schonborn, ex libera reſignatione D. Johannis Francken, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Jodocus Havelt, per validum Henricum de Steyn præſentatus &c.

Novi operis vicaria. Eodem die ad vicariam altaris decem millium martyrum in eccleſia novi operis Erfford. ſiti, ex obitu D. Nicolai Ottonis vacantem, inſtit. fuit D. Henricus Vochs, per D. Johannem Bock præſent. &c.

Viti

Digitized by Google

Viti vicaria. Die Jovis, XIII Februarii ad vicariam altaris SS. Philippi & Jacobi ac undecim millium virginum in parochiali eccleſia S. Viti Erfford. ſiti, ex libera reſignatione Marci Kelner, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Henricus Hoderman, per Hanſonem Kelner oppidanum Franckfurdenſem præſent. &c.

Hardisleuben vicaria. Mercurii ſexta m. Martii ad vicariam altaris S. Nicolai in parochiali eccleſia villæ Hardisleuben, ex obitu D. Johannis Heyſſen, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Caſparus Armbrecht, per D. Nithardum Langenberck, præpoſitum monaſterii canonicorum regularium prope & extra muros civitatis Numburgenſis præſ. &c.

Bucha capella. Veneris octava m. Martii ad capellam S. Katharinæ in Bucha, ex libera reſignatione D. Nicolai Scheffeners præſentis, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Nicolaus Fychteller, per Hanſonem & Vitum de Obernitz præſent. &c.

Arnſtet vicaria. Die Jovis XIV m. Martii ad vicariam altaris b. Magdalenæ in capella caſtri Arnſtet ſiti, ex libera reſignatione Henrici Fuſten vacantem, inſtit. fuit Wolffgangus Moringen, clericus Herbipol. diœc. per generoſum & nobilem D. Guntherum comitem in Schwartzborck & Dn. in Arnſtet & Sundershuſen præſent. &c.

Arnſtet vicaria. Eodem die ad vicariam altaris S. Laurentii in parochiali eccleſia S. Jacobi in Arnſtet ſiti, ex obitu D. Kiliani Settelers vacantem, inſt. fuit Adam Seydenzcall, per Chriſtophorum Andisleuben in Kindelbrucken præſ. &c.

Erfordiae in praetorio vicaria. Mercurii XX Martii ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in capella in prætorio Erfford. ſiti, ex obitu D. doctoris Henninghi Gode, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Sigismundus Kyrchenner,

 pres-

Digitized by Google

presbyter Magunt. diœc. per proconſules conſules & totum conſulatum Erfford. præſent. &c.

Udeſtet parochia. Eodem die ad parochialem eccleſiam in Udeſtet, ex obitu D. doctoris Henninghi Gode, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit D. Martinus de Margarita, utriusque juris doctor, in perſonam Johannis Arndunck, ſui procuratoris, per proconſules, conſules & totum conſulatum oppidi Erfford. præſent. &c.

Trogenitz parochia. Die Lunæ, octava m. Aprilis ad parochialem eccleſiam in Drogenitz, ex libera reſignatione D. Frederici Klehe vacantem, inſtit. fuit diſcretus Wolfgangus Thawerer, nobis per R. P. D. Georgium abbatem monaſterii montis S. Petri Salfeldenſis ordinis S. Benedicti præſentatus in perſonam D. Sebaldi Zcigellers, ſui legitimi procuratoris &c.

Bechſtet parochia. Die Mercurii, decima m. Aprilis ad parochialem eccleſiam S. Bonifacii villæ Bechſtet in ſtrata, ex obitu D. Nicolai Steynmetz, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Gregorius Utiſsberck, per providum Andream Utisberck oppidanum Erfford. præſent. &c.

Toesdorff vicaria. Lunæ XXII m. Aprilis ad vicariam altaris b. Mariæ virg. in parochiali eccleſia villæ Toesdorff ſiti, ex obitu D. Henrici Boſen vacantem, inſtit. fuit diſcretus vir Henricus Sorborn, per validos Chriſtophorum Ludolphum & Wolffgangum de Gottefart præſentatus &c. renuntiatione tamen juri, liti & cauſæ, per D. Volckmarum Hartman collitigantem coram nobis judicialiter facta &c.

Elleuben parochia. Die vero Veneris, decima m. Maji ad parochialem eccleſiam villæ Elleuben, ex libera reſignatione D. Theodorici Kyrchners, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſtit. fuit D. Bertholdus Runſsberck, presbyter Numburg.

burg. diœc. per generoſum & nobilem D. Guntherum comitem in Schwartzborck Dn. in Arnſtet & Sundershuſen præſentatus &c.

Boſſen capella. Jovis XXIII m. Maji ad capellam in Boſſen, ex obitu D. Nicolai Schmedt, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, inſt. fuit Marcus Pletzell, clericus Bamberg. diœc. per validum Hanſonem de Obernitz in Tauſſa præſent. &c.

Eckelſtet vicaria. Veneris XXIV Maji ad vicariam altaris S. crucis in parochiali eccleſia villæ Eckelſtet ſiti, ex obitu D. magiſtri Johannis Holderungen vacantem, inſtit. fuit D. Johannes Welſch, per laborioſos viros Hanſonem Müller judicem, Hanſonem Bornſcheyn ſeniorem, Bartholomæum Ihan, Hennonem Koper, Borckardum Zcyll, Hanſonem Ryntfleyſch & Hanſonem Sontagk, villanos & altermannos in Eckelſtet præſent. &c.

Huc usque prothocollum archidiaconale inſtitutionum ad parochias, vicarias, capellas &c.

In antiquo regiſtro ponuntur ſequentia: „ Nota, hæ ſunt eccleſiæ, quæ dant ſubſidium eccleſiæ & S. Martino.

In praepoſitura S. Marie Erphordenſi. Eccleſia S. Marie IV marcas. S. Petrus IV marcas. Novum Opus IV vel III marcas. Cyriacus II marcas. Auguſtinus I marcam. Martinus in plurali (prurale, der Brühl, ſuburbium Erfordienſe) I. fertonem (quarta pars marcæ) Schotorum dimidiam marcam. Gene. marcam. Husdorff III marcas. Obirn - Weymar II marcas. Salvelt III $\frac{1}{2}$ marcas. Sultze dimidiam marcam. Colledo VII fertones. Ilmen III marcas. Bercka unam marcam. Tundorff V fertones. Eytersberg unam marcam. Mergenthal unum fertonem. Cella VII fertones. Cappelndorff unam marcam.

Ichtershuſen III $\frac{1}{2}$ marcas. Bebera I marcam. Heſeler I fertonem, ita dabatur in procuracione. Sedes Ollendorff II marcas. Reinsdorff II marcas. Remde III marcas cum fertone. Peſing II $\frac{1}{2}$ marcas. Cimmern I $\frac{1}{2}$ marc. Kirchheim III marcas cum fertone. Sommerde II marcas. Erphorden. VI marcas. Alckersleubin III $\frac{1}{2}$ marcas. Obergene I marcam. Vtinbech II marcas. Loubingen duas marcas cum uno fertone. Schidingen I $\frac{1}{2}$ marc. Guteshuſing III marcas. Munre unam marcam. Vberin Weymar V $\frac{1}{2}$ marcas.

Summa LXXXV marcæ cum uno fertone.

Digitized by Google

DOCUMENTA

IN

PRÆMISSA COMMENTATIONE

SUO QUÆQUE NUMERO ALLEGATA.

A Num. I — CXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

Traditio eccleſiae S. Laurentii facta &c. Anno 1140.

C In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Adelbertus hujus nominis Moguntine ſedis archiepiſcopus ſecundus omnibus fidelibus in perpetuum. Cum ad noſtre ſalutis profectum ſacre ſcripture clamet auctoritas, quodcumque poteſt manus tua, inſtanter operare, & omni petenti te tribue, operam dedimus aliquando huic tam ſalubri conſilio obtemperare, petentique proximo miſericordi animo condeſcendere. Noverint igitur fideles tam poſteri quam preſentes, quia petitione Gisleberti noſtri Erpisfordenſis vicedomini eccleſie, quam propria facultate ad honorem Dei & b. matris ejus virginis Mariæ ſanctique Laurentii martyris in *Erpisfort* ædificavit, que & noſtro conſecrata eſt officio, tradidimus manſum & dimidium in *Erpisfort*, XIV ſolidos annuatim reddentes, & manſum in *Taberſtete* reddentem ſolidos XII, quæ idem vicedominus a nobis in feodo tenebat. Quatuor eciam caſalia forenſia ſolidos XIV per annum ſolventia & dimidium manſum in *Vigbeche* ſolidos VI ſolventem. Curtim inſuper cum ſuis ædificiis, quæ omnia proprie poſſidebat, de manu ejus accepta, conſenſu ejus præfate eccleſie contulimus, hac habita conſideratione, ut quicumque ſacerdos in ea conſtituetur, quotiens pro defunctis miſſam celebraverit, ſpecialem anime predeceſſoris & patrui noſtri Adelberti Moguntini archiepiſcopi, noſtri quoque ipſius in miſſis & horis cottidianis jugem memoriam faciat, ſed & poſt deceſſum noſtrum pro anime noſtre remedio nichilominus orare non intermittat, diemque obitus noſtri debito animabus defunctorum celebret officio. Idem eciam predicto Gisleberto & ſucceſſoribus ejus facere non omittat. Ad hec ſanciri volumus ut in patrui noſtri de quo diximus, anniverſario, quod eſt in vigilia ſancti Johannis baptiſte, V. ſolidi qui de *Vigbeche* veniunt pauperibus diſtribuantur, ſextum ſolidum ad refectionem diei illius ſacerdos habeat, cujus uſibus reliqua quoque, que ſupra dicta ſunt, deputavimus. Sed neque hoc latere debet, quia eidem eccleſie hec a nobis eſt collata prerogativa, ut ſacerdos ibi ſerviturus non niſi de manu noſtra curam accipiat. hoc quoque non niſi conſenſu & preſentia Gisleberti & eorum qui ei ſuccedent fiat. Huic igitur actioni impoſterum providentes anathematis gladio percuſſis ejus prevaricatoribus, conſcribi ea noſtraque ſignari imagine precepimus. illos eciam quorum confirmata eſt teſtimonio, clericos, laicos, nobiles, & miniſteriales ſubpoſuimus. Clerici Roddegerus. abbas de ſancto Petro. Folbertus prepoſitus de

ſancto Ciriaco. HEINRICUS prepoſitus. ADELHARDUS prepoſitus. RORINGUS prepoſitus. Edegerus. Cuonradus. Gerbernus archipresbyter. Nobiles, Marchio ADELBERTUS. Comes ECCHEBERTUS. Comes POPO. Comes SIZO. Comes ERNESTUS. Comes LUDEWICUS. Folrat. Reinhart. Sigefrit. Miniſteriales, Sigebolt. Heinric. Huog. Hawart. Adebrat. Wernhere. Cives, Rucelin. Folcholt. Gezman. Sahſo. Hunolt. Brun.

Actum anno incarnationis Dominice M° C° XL°. Indictione III^a. Regnante Cunrado II anno regni ejus III°. Preſidente Moguntine eccleſie Adelberto II°. anno epiſcopatus ejus III. Data *Erpisfort* per manum *Counradi* cancellarii feliciter. Amen.

I. a

Confirmatio eccleſiae b. Michaelis in Erfordia d. 10. Jul. an 1227.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen. SIEGFRIEDUS Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis archiepiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Ordinationes hominum providæ & honeſtæ, ne vel humana verſutia infirmentur vel oblivionis obfuſcentur caligine, vivaci debent ſcriptorum memoria perennari.

Notum igitur fieri volumus omnibus, ad quos pervenerit notitia ſcripti hujus, quod Waltherus bonæ memoriæ Erfordienſis burgenſis, cum eccleſiam beati Michaelis loci ejusdem de ſua proprietate fundaſſet, ditaſſet pariter & dotaſſet, jus omne, quod ſibi competebat in illa, libere contulit eccleſiæ Moguntinæ, ita ut ab archiepiſcopis ejusdem eccleſiæ ei, quem parochiales rite præſentaverint, conferatur in perpetuum ſpiritualium & temporalium jure pleno. Felicis autem recordationis Dom. CONRADUS noſter prædeceſſor, in manus cujus hæc donatio facta fuit, libertatem, quam habent aliæ oppidi ipſius eccleſiæ, illi & tradidit, ſubſcriptos ei terminos aſſignando, domum videlicet Cunegundis Bigenotæ & medias, usque ad eccleſiam, domos Heinrici magiſtri forenſis, Conradi Hotirmanni, Elchewini Henrici de Plorech & cæteras usque ad eccleſiam. Ad majorem autem facti hujus evidentiam paginam hanc conſcribi fecimus & ſigilli noſtri munimine roborari, ſub interminatione anathematis arctius prohibentes, ne quis illi temere contradicere præſumat; quod ſi quis attentaverit, indignationem DEI omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, beati Martini & excommunicationis noſtræ ſententiam ſe noverit incurſurum. Teſtes hujus rei ſunt CONRADUS ſanctæ Mariæ, HERWICUS ſancti

Severi

Severi præpoſiti, Ludevicus ſcholaſticus, Giſilbertus cantor, Albero archipresbyter, Ludewicus de *Gotha*, Friedericus de *Berleſtete*, Conradus de *Sunchyſen*, Bertoldus de *Rudersdorf*, Albertus de *Meldingen*, Friedericus filius Guthe, Conradus Erici, Friedericus Cancer, Conradus de *Kale* Ditmarus de parvo foro, Conradus Swerzelin ſanctæ Mariæ canonici, Ditmarus decanus, Ditmarus cantor, Theodoricus de *Appolde*, Henricus de omnibus SS. Ludewicus de *Iſenaco*, S. Severi canonici, LAMPERTUS comes de *Glichen*, Vlricus de *Tullſtete*, THEODORICUS vicedominus, Friedericus de *Meinwarsburg* Reinboto parvus, Bertoldus advocatus, Siboldus filius Guthe, Conradus de porta, Henricus forenſis, mag. Hartmannus de *Gotingen*, Berthous aurifex, Fruto, Gotſchalcus dives, Everhardus, Ebirnandus juvenis, Conradus, Arnoldus dives, Hartungus niger, Bertoldus, Frowinus, Reinhardus, Albertus, Alexander & alii quam plures cives Erfordenſes. Datum *Erfordiae* anno incarnationis Dom. M.CCXVII. ſexto Idus Julii, pontificatus noſtri anno ſexto decimo.

I. b

Alia confirmatio per Gerhardum archiep. Mogunt. d. 14. Martii an. 1291.

GERHARDUS Dei gratia S. Moguntinæ ſedis archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam archicancellarius, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos pervenerit præſens ſcriptum, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Rationi contrarium, pietati non conſonum quis non judicet, ſi perducta ad nos prædeceſſorum noſtrorum beneficia noſtris non proponamus oculis & internæ mentis apicibus imprimamus, ea non ſolum conſervando promtis affectibus, ſed & ubi poſſumus, liberaliter ampliando. Cum igitur eccleſia b. Michaelis archangeli Erford. quam olim Waltherus civis Erfordenſis, fundator ipſius, fundatam in fundo proprietatis ſuæ, de bonis propriis ditatam pariter & dotatam, cum omni jure quod ſibi competebat in ea, libere contulit eccleſiæ Moguntinæ, ita ut ab archiepiſcopis Moguntinis ei, quem parochiales rite præſentaverint, conferatur in perpetuum ſpiritualium & temporalium jure pleno, colligatur & appareat per geſta & privilegia felicis recordationis Dom. SIEGFRIDI & WERNERI archiepiſcoporum prædeceſſorum noſtrum a præpoſitorum eccleſiæ S. Mariæ Erford. & aliorum inferiorum prælatornm ſeu judicum jurisdictione libera & exemta, & archiepiſcoporum Moguntinorum ditioni immediate ſubjecta. Nos libertatem à prædictis prædeceſſori-

bus noſtris eccleſiæ prædictæ conceſſam & traditam auctoritatis noſtræ munimine confirmamus, confirmatam præſentibus & præſentium literarum teſtimoniis innovamus, ſub interminatione anathematis inhibentes, ne quis inferiorum nobis ſine noſtra ſpeciali licentia in perſonas plebani dictæ eccleſiæ S. Michaelis vel vicariorum ejus qui pro tempore fuerint, excommunicationis vel ſuſpenſionis ſententiam audeat promulgare & ipſam eccleſiam ſupponere interdicto. Quod ſi in contrarium aliquid aliqua eſt vel fuit levitate præſumtum, ſententiam talem velut in contemtum eccleſiæ Moguntinæ prolatam, decernimus non valere. Datum *Erfordiae* pridie Idus Martii anno Dom. milleſimo, ducenteſimo, nonnageſimo primo, pontificatus vero noſtri anno ſecundo.

I. c

Vidimus litterarum ad jus patronatus eccleſiae b. Mich. ſpectantium an. 1293.

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti Amen. Nos frater Ermstanus, Dei gratia Sambienſis eccleſiæ epiſcopus, Andreas Dei gratia abbas, Otto prior, totusque conventus monaſterii montis S. Petri in *Erfordia*, ordinis S. Benedicti, univerſis Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis notum eſſe cupimus & tenore præſentium lucide proteſtamur, quod privilegia ſubſcripta mag. Heinrici plebani & ſuorum parochialium eccleſiæ b. Michaelis archangeli in *Erfordia*, ipſam eccleſiam, plebanum & parochiales jam dictos communiter contingentia, non cancellata nec abolita, imo in filis & ſigillis ex omni parte ſana integra & illæſa, cum diligentia examinavimus & perſpeximus in hæc verba: In nomine &c.

Poſt hæc ſubſcriptas chartas vidimus in hæc verba. Gerhardus Dei gratia S. Moguntinæ ſedis archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilecto in Chriſto abbati monaſterii S. Petrio Erford. ſalutem in Domino. Ex parte univerſitatis parochialium eccleſiæ S. Michaelis Erford. nobis extitit ſupplicatum, ut cum ipſi ad vacantem eccleſiam ſuam prædictam mag. Heinricum, rectorem ſcholarum eccleſiæ S. Severi Erford. elegerint in plebanum, dignaremur committere alicui qui ipſum inveſtiat vice noſtra. Cum igitur noſtra ſit opinio, quod ejusdem eccleſiæ jus ad nos pertineat patronatus, diſcretioni tuæ præſentium autoritate committimus & mandamus, quatenus inquiſita ſuper eo diligentius veritate, ſi collationem ipſam nobis inveneris competentem, tuis literis nos de eo facias certiores. Alibquin

quin prædictum Heinricum, ſi idoneus eſt, de ipſa eccleſia inveſtias vice noſtra, mittens eum in poſſeſſionem ipſius nihilominus corporalem. Datum *Moguntiae* anno Domini MCCLIX tertio Nonas Martii.

Ad hæc perſpeximus ſubſcriptam literam in hæc verba. Omnibus Chriſti fidelibus literam hanc viſuris, ANDREAS Dei gratia abbas monaſterii montis S. Petri in *Erfordia* ſalutem in omnium ſalvatore. Tenore præſentiam recognoſcimus, quod mandante reverendo Dom. noſtro Dom. GERHARDO, archiepiſcopo Moguntino, quod cognoſceremus, an jus patronatus eccleſiæ S. Michaelis Erfford. ad ipſius eccleſiæ parochiales pertineret, & facta cognitione una nobiscum per diſcretos viros religioſos & ſeculares clericos, quod ratione privilegii & ex gratia fundatoris ejusdem eccleſiæ S. Michaelis parochiales, in illa jus patronatus haberent de jure, mag. Henricum, rectorem ſcholarum eccleſiæ S. Severi Erfordenſem, rite præſentatum à dictis parochialibus memorato Domino noſtro Gerhardo archiepiſcopo, cujus erat inveſtire prout in literis juſſi fuimus, cura ſæpe dictæ eccleſiæ S. Michaelis inveſtivimus paſtrorali, & in poſſeſſionem miſimus corporalem. Teſtes hujus rei ſunt frater Henricus lector, & frater Ditmarus de *Gotha* ordinis minorum fratrum, mag. Richardus notarius, Gotfriedus de *Allodio*, ſcultetus dicti dom. noſtri archiepiſcopi Moguntini, & alii quam plures clerici & laici fide digni Erford. Actum & datum *Erfordiae* pridie Idus Martii anno gratiæ milleſimo, ducenteſimo, quinquageſimo nono. (14 Mart.)

Item WERNERUS Dei gratia, S. Moguntinæ ſedis archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilecto in Chriſto abbati monaſterii Scotorum in Erfordia ſalutem in domino. Ex parte dilecti in Chriſto plebani S. Michaelis eccleſiæ Erfordenſis fuit propoſitum coram nobis, quod cum decanus S. Mariæ Erford. contra omnes Erfordenſium eccleſiarum rectores pro quodam ipſius delicto, quandam ſuſpenſionis ſententiam promulgaſſet ipſum eccleſiæ S. Michaelis plebanum, qui nobis & eccleſiæ Moguntinæ immediate ſubeſſe dignoſcitur omni jure, nec prædicto decano ad aliquam obedientiam eſt adſtrictus, præfactæ ſuæ ſuſpenſionis ſententiæ cenſuit involutum in ſuæ tam parochiæ quam perſonæ injuriam & gravamen. Ideoque diſcretioni tuæ ſtricte præcipiendo mandamus quatenus ſi præfatus decanus poſt monitionem tuam non ſtatim relaxaverit, quoad perſonam ejusdem plebani, ſententiam memoratam, tu eam auctoritate noſtra relaxes & denunties & denunciari facias per omnes eccleſias Erfordenſes irritam & inanem. Datum apud *Aſchaffenburg* anno Domini MCCLXVII quarto Nonas Junii.

Item venerabilibus & ſincere dilectis univerſis prælatis & eorum

collegiis, nec non aliarum rectoribus eccleſiarum per *Erfordiam* conſtitutis, Rudericus Dei gratia abbas Scotorum Erfordenſium orationes devotas in Dom. Jeſu Chriſto. Viſo & perſpecto diligenter quod reverendus Dom. noſter Wernerus archiepiſcopus Moguntinus in ſuis literis ſententiam ſuſpenſionis ab officio, qua Dom. Albertus decanus eccleſiæ S. Mariæ Erfordenſis, mag. Heinricum plebanum eccleſiæ S. Michaelis cenſuit involutum, ſimul cum aliis plebanis Erfordenſibus decrevit irritam & inanem, eo quod idem mag. Heinricus plebanus immediate & omni jure ſubeſt ipſo domino noſtro archiepiſcopo & eccleſiæ Moguntinæ, jam dicti domini noſtri archiepiſcopi mandati ad nos directi finibus obſervatis, autoritate ſua memoratam ſuſpenſionis ſententiam de facto & a non ſuo judice latam quoad perſonam præfati plebani S. Michaelis ipſo jure nullam & irritam nunciamus. Anno gratiæ MCCLXVII decimo Kalend. Julii.

Poſtmodum etiam perſpeximus reverendi patris ac domini noſtri domini Gerhardi nunc archiepiſcopi Moguntini literas quarum tenor talis eſt Gerhardus Dei gratia &c. reliqua ut ſupra.

Ad majorem igitur ſupra ſcriptorum evidentiam & certitudinem firmiorem præſentem paginam ſigillis noſtris præſentibus duximus fideliter conſignandam. Anno gratiæ MCCXCIII tert. Calend. Maji.

II.

Honorius III PP. hoſpitale S. Martini in protectionem ſuſcipit. d. 7 Mart. an. 1223.

Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis rectori & fratribus hoſpitalis S. Martini in *Erphordia* ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sacroſancta Romana eccleſia devotos ac humiles ex aſſueto pietatis officio propitius diligere conſuevit & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſue protectionis munimine confovere. Ea propter, dilecti filii, veſtris precibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum in quo divino obſequio eſtis mancipati, ſub b. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem poſſeſſiones redditus & libertates vobis & hoſpitali veſtro à venerabili fratre noſtro.. Maguntinenſi archiepiſcopo de capituli ſui aſſenſu pia liberalitate conceſſas, ſicut eas juſte ac pacifice poſſidetis, & in ipſius archiepiſcopi litteris plenius continetur, vobis & per vos eidem hoſpitali auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli

ergo

ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis &c. Si quis autem &c. Datum *Laterani* Nonis Martii, pontificatus noſtri anno octavo. *)

III.

Sifridi archiepiſcopi Moguntini litterae de allodio & jure patronatus in Eichelborn ad monaſterium S. Petri Erfordiae pertinente d. 15 Jul. an. 1243.

SIFRIDUS Dei gratia S. Moguntine ſedis archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam archicancellarius univerſis Chriſti fidelibus preſentem litteram inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus.

Quia litterarum teſtimonia de geſtis hominum noticiam faciunt cerciorem & lites de facili emergentes eliminant & extinguunt, tenore preſencium cupimus eſſe notum, quod in noſtra preſencia conſtituti HENRICUS abbas montis S. Petri in *Erfordia* & capitulum loci ejusdem, Henricus de *Meldingen* & Ditericus gener ſuus de *Eichelborn* **) recognoſcebant & proteſtabantur, ſe ſuper locatione allodii in *Eichelborn* & omnium attinencium, excepta parochia ville ejusdem, in qua dictus abbas & conventus ſuus jus patronatus libere retinebunt, ſub hac forma conveniſſe, quod predicti Henricus de Meldingen & Ditericus gener ſuus cum Jutta uxore ſua dictum allodium à prefato abbate & eccleſia ſua usque ad XII annos... tenebunt, ita quod in primo anno VI maldra ordei & V jemalis annone perſolvant eccleſie memorate, reliquis vero V annis dimidietatem ordei & yemalis annone dimidietatem; poſtmodum verò usque ad conſummatos preſcriptos annos quatuordecim maldra annis ſingulis exhibebunt. Preterea medietatem lignorum in Eichilborn ſitorum, que nunc habet eccleſia, vel mediante juſticia obtinebit, abbas recipiet & conventus, reliqua vero medietas in uſus ſupradicti Heinrici & ſui generi convertetur, & quamdiu prenominati cenſus XIV maldrorum ſine impedimento & integraliter hoſpitalario ***) S. Petri, qui pro tempore fuerit, perſolventur, ita quod ſemper ante nativitatem Domini ſumma annone totaliter ſit ſoluta, predicti Heinricus & Dietericus cum Jutta uxore ſua & legitimi heredes eorum pre-

*) Ex regeſto an. VIII literarum apoſtolicarum Honorii PP. III. To. 4. ep. 335.

**) Eichelborn vicus ab Erfordia ſesqui milliari diſſitus.

***) Officium hoſpitalarii pro excipiendis & inſerviendis hoſpitibus olim in monaſteriis viguit, hodie cum nomine deſiit; ſed cellerarius ad pium hoſpitalitatis ſtudium tenetur.

Digitized by Google

prenominatum allodium obtinebunt. Si vero non omnia ſupradicta abbati & eccleſie obſervaverint, hoc ipſo ab allodio & bonis attinentibus cedant & eccleſia bonis ſuis & edificiis ibidem conſtructis libere & ſine qualibet difficultate fruatur, & nichilominus ipſo facto excommunicationi noſtre ſint ſubjecti, ad quod ſe voluntate ſpontanea obligaverunt, in medio tempore dicto abbati & ſue eccleſie vel in pecunia vel in redditibus equivalentibus gratum reſtaurum faciant & acceptum.

Ne vero ſuper hujus forma convencionis impoſterum poſſit dubitacio ſuboriri vel aliqua queſtio nocitura, ad inſtanciam & peticionem parcium utrarumque preſentem litteram conſcribi fecimus & ſigilli noſtri munimine roborari. Datum *Erfordie* anno incarnacionis Dom. MCCXLIII, Idus Julii, pontificatus noſtri anno undecimo.

IV.

Abbas & conventus monaſterii S. Petri Erfordiae Henrico de Meldingen & Theodorico de Eichelborn jus patronatus in Eichelborn cum allodio cedunt in perpetuum d. 19 Sept. an. 1244.

HEINRICUS Dei gracia abbas de monte beatorum apoſt. Petri & Pauli in *Erfordia*, totusque ejusdem eccleſie conventus &c. Qui nobis & eccleſie noſtre ſuis miniſteriis eſſe ſolent pre aliis promptiores, dignum eſt & honeſtum, ut pro loco & tempore ipſorum utilitatibus noſtra concurrant deſideria cum affectu. Notum ergo facimus Chriſti fidelibus univerſis preſentibus & futuris, quod nos de communi conſenſu noſtrorum fratrum, immo ad inſtanciam peticionis domini noſtri venerabilis in Chriſto patris archiepiſcopi Moguntini allodium noſtrum in *Eichelborn* ſitum cum parochia & omnibus aliis attinentibus dilecto nobis D. Heinrico de *Meldingen* & Theodorico de *Eichelborn* genero ſuo cum uxoribus ſuis & heredibus eorum legitimis jure hereditario in perpetuum tradidimus poſſidendum, quod duodecim maldra in medietate ordei & yemalis annone dimidietatem nobis & eccleſie noſtre annis ſingulis inde ſolvantur; hanc etiam condicionem apponentes, ut quamdiu pretaxata penſio hoſpitalario noſtro, qui pro tempore fuerit, absque impedimento & integre perſolvetur, ita, quod ſumma annone ſemper ante feſtum nativitatis Domini ſit ſoluta, nominati Heinricus & Theodoricus uxores & heredes eorum legitimi predictis bonis commode & abſolute fruentur ſub forma penſionis annue memorate, in medio tempore pro eisdem bonis & eccleſie noſtre vel in pecunia vel in redditibus equivalentibus reſtaurum

rum

Digitized by Google

rum gratum faciant & acceptum. Si verò omnia hec ſupra ſcripta nobis non fuerint obſervata, & ab ipſis irracionabiliter poſtmodum immutata, hoc ipſo ab allodio & bonis attinentibus cedant & eccleſia noſtra rebus & edificiis in eis conſtructis liberè & ſine qualibet difficultate fruatur. Et tamen nichilominus excommunicationi domini Moguntini archiepiſcopi ſint ſubjecti, ad quod ſe voluntariè obligaverunt.

Ne igitur hoc factum noſtrum proceſſu temporis alicujus poſſit protervitas infirmare, preſenti pagine mandari fecimus & tam ſigillo noſtro, quam eccleſie roborari. Acta ſunt hec *Erfordie* anno Domini MCCXLIV. XIV Kal. Octob.

V.

Siſridi archiepiſcopi Mogunt. confirmatio praecedentis ceſſionis d. 17 Octob. an. 1244.

Siffridus Dei gracia S. Moguntine ſedis archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilectis in Chriſto abbati & conventui montis S. Petri in *Erfordia* ſalutem & in Domino dilectionem.

Cum vos ad preces noſtras dilectis fidelibus noſtris Heinrico de *Meldingen* & Theodorico genero ejus, uxoribus & legitimis heredibus eorundem jus patronatus eccleſie de *Eichelborn* & allodium veſtrum in eadem villa ſitum cum omnibus attinentibus contuleritis jure hereditario perpetuo poſſidendum, ita tamen, quod de ipſo allodio dent vobis ſex maldra frumenti & ſex ordei annuatim, & eandem quantitatem annone ſemper ante nativitatem Domini debeant perſolviſſe, & quandocunque hoc neglexerint, vacet vobis allodium & jus patronatus eccleſie cum omnibus edificiis & ſtructuris tam in dote parochie, quam in allodio ipſo conſtructis. Quoniam condicionem hanc & penam ſibi ſpontanee elegerunt, nos eam auctoritate preſencium confirmamus, precipientes ſub pena excommunicacionis, cui ſe, ſi contravenerint, ſubjeciſſe noſcuntur, quod predicta compleant, ut tenentur, ſi verò non compleverint omnia, prout debent, mandamus dilectis in Chriſto prepoſito S. Auguſtini, decano & ſcolaſtico S. Mariæ Erford. quatenus eos ad id compellant ſeveritate eccleſiaſtice diſcipline. Datum *Erfordie* anno Dom. MCCXLIV. XVI Kalend. Novembris, pontificatus noſtri anno XV.

VI.

Controverſia ſuper allodio praedicto per arbitros ſopita, d. 23 Aug. an. 1257.

Nos Lampertus Dei gracia prepoſitus. Albertus decanus. Hermannus de *Vipeche* canonicus S. Marie. Henricus decanus & Heinricus

de *Topheſtete* canonicus S. Severi Erford. preſenti littera proteſtamur & univerſis cupimus eſſe notum, quod cum inter venerabilem D. ANDREAM abbatem montis S. Petri in *Erfordia* & ſuum conventum ex una, & inter D. Heinricum de *Meldingen* & inter D. Theodoricum de *Eichilborn*, generum ſuum, milites, ex parte altera ſuper allodio in *Eichilborn* ſito, cujus proprietas ſpectat ad prefatam eccleſiam S. Petri, controverſia mota fuiſſet coram D. H. prepoſito montis S. Cyriaci apud Erfordiam, judice delegato à ſede apoſtolica, tandem ipſi milites ad docendum, quo jure & titulo predictum allodium poſſiderent, quoddam inſtrumentum non cancellatum non abolitum, nec in aliqua ſui parte viciatum in medium produxerunt, cujus tenor talis eſt:

Heinricus Dei gratia abbas de monte beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ut ſupra &c.

Hoc inſtrumento edito & publicè recitato utreque partes de ſuorum conſiliis amicorum noſtro arbitrio ſe ſpontanee ſubmiſerunt, pena decem marcarum arbitrio hoc vallato. Nos itaque cauſe meritis & negocii circumſtantiis univerſis penſatis & diligenti diſcuſſione rimatis, prehabito conſilio diſcretorum, ſententiamus & precipimus arbitrando, quod ſepedicti milites & eorum heredes, quandocumque ad ipſos ſepedictum allodium devolvetur, de ipſo allodio ſingulis annis duodecim maldra ſolvere teneantur, ad priorem penſionem ſuperaddito tantum uno maldro ordei & frumenti, ita tamen, quod nichilominus teneantur ad penam in litteris domini Maguntini archiepiſcopi ſupra ſcriptam. Sententiam autem hujus arbitrii pars utraque approbavit. Teſtes hujus rei ſunt HUGOLDUS prepoſitus montis S. Walpurgis. ECCEHARDUS prepoſitus S. Auguſtini. Hermannus & Gotſcalcus milites de *Eichilburnen*. Albertus de *Glizberg*. Sifridus de *Hallis* civis Erfordenſis, & Conradus de *Hocheym* & alii quam plures. In cujus rei noticiam ampliorem & memoriam ſempiternam preſentem litteram dedimus prefatis militibus & eorum heredibus ſigillis noſtris, prefati abbatis & ſui conventus fideliter communitam. Acta ſunt hec *Erfordie* in clauſtro b. Marie, anno gracie milleſimo CC. quinquageſimo VII. in vigilia S. Bartholomei apoſtoli.

VII.

Rudolphus abbas Scotorum Erfordiae Hirsbrulenſes tanquam refractarios, nolentes ſuam parochiam S. Martini in Bruleto frequentare, tanquam judex ab archiep. Mogunt. delegatus, excommunicat; mox vero poenitentes ab excommunicationis vinculo iterum abſoluit, d. 5 Maji an. 1265.

Nos RUDOLPHUS Dei gracia abbas Schotorum in *Erfordia* recognoſci-

noſcimus & vniuerſis has litteras inſpecturis cupimus eſſe notum, quod litteras venerabilis patris ac Dom. noſtri archiepiſcopi Moguntinenſis non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte viciatas recepimus in hec verba:

WERNHERUS Dei gracia S. Magunt. ſedis archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilecto in Chriſto abbati Scothorum Erfordenſium ſalutem in Domino. Diſcrecioni tue committimus & mandamus, quatinus illos quoslibet parochiales, qui pertinentes ad parochiam S. Martini in plurali Erford. temere ſe ab ea ſubducunt, quod eam frequentent in diuinis officiis & ſacramentis eccleſiaſticis (ſicut debent) competenti monicione premiſſa, per eccleſiaſticam compellas cenſuram. Datum *Wanentale*, tertio Non. Maji.

Harum auctoritate litterarum — prepoſito noui operis Erford. noſtris litteris dedimus in mandatis, quod omnes habitantes in loco, qui dicitur *Hirzpruel*, usque ad aquam dictam *Kirſelache*, commoneret quod dictam eccleſiam S. Martini frequentarent in diuinis officiis ut deberent & ibi recipere eccleſiaſtica ſacramenta; alioquin contra ipſos procederemus ſecundum traditam nobis formam. Verum quia moniciones hujusmodi apud dictos parochiales minime profecerunt, ipſos per preceptum memoratum peremptorie, ac demum de ſuperhabundanti citari fecimus, ut die ipſis tunc prefixa comparerent in clauſtro S. Marie in judicio coram nobis jus ſuum legitime defenſuri, poſt hec ne ad grauamen eorum adhuc proni aliquatenus uideremur precepto antedicto, noſtras litteras direximus taliter continentes.

RUDOLPHUS Dei gracia abbas Scothorum Erfordenſium judex a D. Maguntinenſe archiepiſcopo delegatus, honorabili viro — prepoſito Noui operis ejusdem civitatis — ſinceram in Domino karitatem. Nuper vobis dedimus in preceptis, ut omnes habitantes in loco qui dicitur *Hirzpruel* commonitos haberetis, quod parochiam ſuam videlicet S. Martini in plurali frequentarent in diuinis officiis, & ſacramenta eccleſiaſtica reciperent in eadem. Demum uero ipſos peremptorie & de ſuperhabundanti auctoritate nobis tradita citari fecimus, ſicut ſcitis, ut comparerent in judicio coram nobis, oſtenſuri quare non deberent noſtris obedire mandatis, inſuper ad inſtanciam ciuium noſtrorum prorogauimus cauſam eandem, ſperantes, quod ex eo deberet per compoſicionem amicabilem terminari, & quia hujusmodi compoſicio extitit minime acceptata, & licet contra ſepe dictos parochiales grauiter procedere deberemus, tamen eis adhuc duximus deferendum, mandantes uobis in uirtute ſancte obediencie, quatenus ipſos commonitos habeatis, ut adhuc ante aſcenſionem Domini nunc inſtantem, frequentent ſuam antedictam parochiam, ſicut debent, uel ſaltem quarta feria ſubſequente

 com-

Digitized by Google

compareant in clauſtro b. virginis in judicio coram nobis, oſtenſuri legitime, quare non debeant id implere. Alioquin ex tunc contra ipſos, quantum de iure poterimus, procedemus.

Hoc facto cum iidem non curarent noſtre preſencie ſe offerre, ſentenciam excommunicacionis protulimus per hec uerba.

Nos RUDOLPHUS Dei gracia abbas Scothorum in Erfordia, judex a domino Maguntinenſi archiepiſcopo delegatus, quia uniuerſi habitatores in loco dicto *Hirzpruel* commoniti, peremptorie ac demum de ſuperhabundanti citati die ipſis prefixa non curarunt coram nobis in judicio comparere (nec eorum abſenciam aliqualiter excuſare) ipſos pro contumacia in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti excommunicamus juſticia exigente, precipientes eosdem ab omnibus arcius euitari. Lata eſt hec ſentencia Anno Dom. MCCLXV, feria quinta proxima poſt aſcenſionem Domini.

Poſtmodum uero mandatum denunclandi prepoſito ſupradicto miſimus ſub hiis uerbis.

RUDOLPHUS Dei gracia abbas Scotorum Erfordenſium, judex a domino Maguntinenſi archiepiſcopo delegatus, honorabili viro.. prepoſito noui operis ciuitatis ejusdem, ſinceram in Domino karitatem. Quia vniuerſi habitantes in loco dicto *Hirzpruel* a nobis commoniti, ut parochiam ſuam videlicet S. Martini in plurali in diuinis officiis & ſacramentis eccleſiaſticis frequentarent (ac demum auctoritate noſtra peremptorie ac de ſuperhabundanti citati non curarunt coram nobis in judicio comparere) jus ipſorum, ſi quod haberent, racionabiliter proſequendo, ipſos pro contumacia excommunicauimus ut eſt juris. Mandantes vobis in uirtute ſancte obediencie precipiendo diſtricte, quatenus ipſos excommunicatos publice nuncietis & ab omnibus arcius euitandos. Datum feria quinta poſt aſcenſionem Domini.

Deinde parochiales predicti ſpiritu deuocionis aſſumpto ad noſtram preſenciam acceſſerunt, promittentes coram nobis, ſuam parochiam, videlicet b. Martini in plurali, in diuinis officiis, & ſacramentis eccleſiaſticis frequentare, & petiverunt inſtanter ut beneficium abſolutionis eis impendere dignaremur. Eorum igitur juſtis precibus annuentes ſentenciam excommunicacionis latam in ipſos relaxamus, & prepoſito ſepedicto mandatum ſubſcriptum direximus ſub hiis uerbis.

RUDOLPHUS Dei gracia abbas Scothorum in *Erfordia*, judex a domino Maguntino archiepiſcopo delegatus, honorabili viro.. prepoſito noui operis ciuitatis ejusdem ſinceram in Domino karitatem. Cum non liceat in meſſem falcem mittere alienam, & Heinricus Epiſcopus, Conradus Gotelinde, Waltherus Ratgeber, Genfridus Pincerna, Wernherus de Antro, Theodoricus Rufus, Rudegerus frater Hermanni Jordane, Hein-

Heinricus ſororius Hermanni Jordane, Conradus S. Angelus, Heinricus Leitewazzer, Hartungus Molendinarius, Conradus Scultetus, Helwicus ante Portam, Heinricus Vmbilde, Conradus de Buſeleiben, Hermannus Berchte, Martinus Molendinarius, Helwicus & Hermannus fratres, Adelheidis relicta Epiſcopi, Bertradis filia Johanne, Adelheidis vidua & Albertus Piſcator, reſidentes in loco qui dicitur *Hirzpruel*, a nobis beneficio abſolucionis optento promiſerint ſuam parochiam, videlicet b. Martini in plurali in diuinis officiis & ſacramentis eccleſiaſticis frequentare, mandamus vobis precipiendo diſtricte, quatenus ipſos ad diuina officia, ſi ſe forſan ingeſſerint aliquando, nullatenus recipiatis, nec ipſos in ſacramentis eccleſiaſticis aliqualiter procuretis in prejudicium parochie memorate, maxime cum D. Hermannus plebanus eorum trans aquam dictam *Gera* & in via illa que dicitur *Muleweck thones*, prout pluribus conſtat, fecerit procurari. Datum proxima Dominica poſt diem b. Bonifacii.

In hujus rei noticiam, & memoriam ſempiternam preſentem litteram antedicte parochie b. Martini in plurali tradidimus, ſigillo noſtro, S. Mariæ, S. Seueri capitulorum & domini Theodorici plebani omnium ſanctorum, canonici & officialis prepoſiture S. Marie Erfordenſium ſigillis fideliter roboratam. Datum anno gracie MCCLXV. ter. Non. Auguſti.

VIII.

Eccleſiae Gottſtedt filialis ab eccleſia matrice in Alach ſeparatio, d. 26 Jul. an. 1275.

Ad vitandum futura litigia, que cupiditas mater licium generat inceſſanter, conſilio ſane providencie eſt inventum, ut res geſte ſcripturarum apicibus perhennentur; quapropter Ego GUNTHERUS prepoſitus novi operis Erfordienſis recognoſco tenore preſencium litterarum & ad ſingulorum tam preſencium quam futurorum noticiam cupio pervenire, quod cum venerabilis pater & dominus noſter archiepiſcopus Moguntinus WERNERUS in ſuis litteris patentibus injunxiſſet, ac etiam commiſiſſet, ut eccleſiam ſitam in villa *Gthinſtete*, que parochie in *Alch* tanquam filia eſt ſubjecta, à ſubjeccione ejusdem matricis eccleſie curarem eximire vice ſua, ſi parochiales dicte ville de Gothinſtete propter locorum diſtanciam ac vie difficultatem, interdum etiam propter aquarum inundantiam non poſſint congruo tempore divinis officiis intereſſe, & ſi parvuli eorum aliquotiens vix ſine mortis periculo deferri poſſint ad matricem eccleſiam baptizandi, & ſi alias eosdem contingeret in ſacramen-

tis eccleſiaſticis pericula ſuſtinere. Ego una cum viris prudentibus & diſcretis tam religioſis quam ſecularibus eundem locum acceſſi, de predictis omnibus & ſingulis ſollicite & fideli diligencia perquirendo, & quorumlibet premiſſorum veritatem.. ſuffragari, qualiter eciam parochiales de Gothinſtete ipſam eccleſiam adeo decenter dotaverint, quod ſacerdos ipſius loci poterit congruam ſuſtentacionem habere. nam eidem aſſignaverunt in dotem manſum unum ſitum in *Tutilſtete* & unum manſum ſitum in *Gothinſtete* & in eâdem villa dimidium maldrum frumenti & dimidium hordei annue apprehenſionis, nimirum ſeptem ſolidos denariorum de dimidio manſo ſito in *Biltirsleibin* ſingulis annis dandos. Item qualiter matrici eccleſie reſtaurum competens eſt impenſum in eo, quod dimidium maldrum frumenti & dimidium ordei annui redditus dicti parochiales aſſignarunt & dederunt eidem. Ego accedente voluntate & conſenſu honorabilis viri domini abbatis montis S. Petri in *Erfordia*, patroni dictarum eccleſiarum, de conſilio prudentum virorum ſupradictam eccleſiam in Gothinſtete exemi & eximo à ſubjeccione matricis eccleſie memorate, auctoritate predicti domini archiepiſcopi Moguntini deſuper mihi data. In cujus rei noticiam ampliorem & memoriam firmiorem preſentes litteras dedi, ſigilli mei nec non ſigillorum antedicti domini abbatis montis S. Petri, D. Hermanni gardiani fratrum minorum, & mag. Theodorici de *Roſla*, canonici eccleſie S. Marie Erfordenſis, robore communitas. Acta ſunt hec anno incarnationis Dom. MCCLXXV VII Kal. Auguſti. Teſtes ſunt hujus rei D. Johannes lector fratrum minorum in *Erfordia*, D. Eckehardus plebanus in *Kircheilingen*, D. Ekehardus plebanus in *Alch*, D. Cunradus plebanus de *Witerde* clerici, Metzel de *Gothinſtete*, Albertus de eadem villa, Dithmarus de *Biltirsleibin* laici, & alii quam plures, qui huic exempcioni, cum fieret, affuerunt.

An. MCCCCLXV Guntherus abbas S. Petri ad eccleſiam parochialem S. Georii in *Gotſtete*, ex dimiſſione Johannis Tennere vacantem, præſentavit Nicolaum Slirbach.

Anno MCCCCLXX idem abbas præſentavit ad eandem eccleſiam, ex obitu Theodorici Unruw vacantem, Henricum Feiſtkol.

Anno MCCCCLXXIII idem ad eandem, ex reſignacione Henrici Feiſtkol vacantem, præſentavit Cyriacum Sulhaffern &c.

IX.

Digitized by Google

IX.

Indulgentiae pro benefactoribus capellae b. Mariae Magdalenae d. 31 Jan. an. 1277.

WERNHERUS D. G. S. Maguntinæ ſedis archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius, univerſis Chriſti fidelibus per Moguntinam diœceſin conſtitutis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Cupientes quoslibet in Chriſto fideles ad pietatis opera ſpeciali premio invitare, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ac b. Martini meritis & auctoritate confiſi omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad reparationem capellæ b. Mariæ Magdalenæ Erford. ex vetuſtate nimia dirutæ & collapſæ manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus præſentibus, quas per queſtuarios deferri ſtrictiùs inhibemus, eas, ſi ſecus actum fuerit, carere viribus decernentes, poſt conſummationem operis minimè valituris. Dat. *Pinguiae* anno Dom. MCCLXXVII II Kal. Februarii.

X.

Jus patronatus in Boſſendorff an. 1280 d. 24 Aug.

In nomine Domini Amen. Nos LAMPERTUS Dei gracia prepoſitus eccleſie S. Marie Erfordenſis, & Vlricus officialis ejusdem, recognoſcimus & preſentibus proteſtamur, quod conſtitutus in preſencia noſtra Hermannus miles dictus Mazerney, publice recognouit, ſe vendidiſſe duos manſos ſitos in campis ville *Grunſtete*, item vnum manſum, quartale manſi, & dimidium quartale, ſitos in campis ville *Buſſendorf*, cum omnibus pertinenciis eorundem, ad que bona pertinet jus patronatus ejusdem ville Buſſendorf, pro quindecim marcis uſualis argenti, quas idem Hermannus venditor ſibi recognouit eſſe integraliter perſolutas. Honorabilibus in Chriſto prepoſito, totique conuentui monaſterii noui operis ſanctimonialium in Erfordia accedente huic vendicioni conſenſu illuſtriſſimi viri Domini HERMANNI comitis de *Orlamunde*, qui eandem vendicionem confirmans, predicta bona, cum iure patronatus eccleſie Buſſendorf, a ſepedicto Hermanno libere reſignata, iam dicte eccleſie noui operis cedit iure proprietatis libere poſſidenda, prout in litteris ipſius ſuper hac donacione confectis plenius continetur. Quarum tenor talis eſt:

Nos HERMANNUS Dei gracia comes natus quondam comitis OTTONIS de *Orlamunde*. Vniuerſis tam preſentibus quam futuris litteras

noſtras

noſtras viſuris beneuolenciam bone voluntatis & ſalutem in Domino ſempiternam. Ne bona opera, que cum pietate aguntur, a memoriis hominum evaneſcant preſencium & eciam futurorum ſciencie innoteſcant, neceſſe eſt, ut in ſcriptis redigantur & quocienſcunque quid actum ſit videatur. Hinc eſt quod recognoſcimus & preſentibus publice proteſtamur, quod duos manſos ſitos in campis ville *Grunſtete*, quos Nicolaus ibidem, filii Alberti & filii Reinhardi fratris ſui ibidem, dignoſcitur jure hereditario poſſidere. Item vnum manſum, quartale manſi & dimidium ſitum in campis ville *Buſſendorf*, quos filii Ludewici carpentarii Fridericus carnifex & Fridericus dictus de Monte ibidem jure hereditario poſſidere noſcuntur, cum omnibus ſuis attinenciis ſiue in campis uel in villis & hominibus, nec non cum jure patronatus eccleſie eiusdem ville Buſſendorf, que bona ſiue manſos Hermannus dictus *Mazerney* miles fidelis noſter a nobis tenuit in feodo, dedimus & appropriauimus de conſenſu omnium heredum noſtrorum conuentui ſanctimonialium monaſterii noui operis in *Erfordia* principaliter propter Deum, ita vt dictus conuentus jus proprietatis eorundem bonorum vel manſorum cum omnibus ſuis attinenciis ſive in campis vel in villis & hominibus, nec non cum jure patronatus eccleſie predicte ville Buſſendorf poſſideant cum omni jure & vtilitate, ſicut bona libera poterunt poſſideri, noſtro judicio ſemper ſaluo, quod factum noſtris litteris patentibus confirmamus, & volumus inuiolabiliter perdurare. Huic autem noſtre donacioni interfuerunt

Dom. Johannes de *Gotha* canonicus eccleſie S. Mariæ Erfordenſis.
Hermannus miles de *Obirnwimar.*
Th. . . . notarius noſter in *Lichſtete.*
Hermannus rector eccleſie S. Nicolai in *Erfordia.*
Th... de Ordorf & Withego clerici & quam plures alii fide digni
In cuius rei euidenciam ampliorem &c. Acta ſunt hec &c.

In cujus donacionis certitudinem pleniorem preſentes noſtras litteras dedimus ſigilli noſtri appendiculo communitas. Teſtes hujus rei ſunt

D. Eckehardus decanus
D. Johannes de *Gotha* canonnicus eccleſie S. Mariæ Erfordenſis, qui eciam preſentes litteras ſuis ſigillis ad preces Hermanni dicti *Mazerney* prefati munierunt.
D. Volchmarus plebanus de *Bolſtete.*
D. Hermannus Dornberti ſacerdos.
D. Guntherus ſacerdos.
Theodoricus de Ordorf clericus, & quam plures clerici & laici fide digni.

Acta ſunt hec anno Dom. MCCLXXX. IX Kalend. Septembris.

X. b

Digitized by Google

X. b

Volkerus dictus de Laz donat hoſpitali S. Martini intra Erfordiam tredecim marcas & quinque lotones uſualis argenti pro remedio animae ſuae d. 13 Jan. an. 1289.

EKEHARDUS, decanus eccleſie S. *Marie* Erfordenſis, & *Heinricus* dictus de *Horkuſen* prouiſores hoſpitalis S. *Martini* in *Erfordia* *) vniuerſis tam preſentibus quam futuris hoc ſcriptum inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Vt ea, que piis conferuntur locis ob reuerenciam ſaluatoris Domini noſtri *Jheſu Chriſti* propter diuturnitatem temporis in obliuionem non ueniant aut penitus euaneſcant, oportunum eſt, ut ad noticiam futurorum perueniant teſtimonia ſcripturarum. Hinc eſt, quod nos litteris preſentibus recognoſcimus & publice proteſtamur, quod *Volkerus* dictus *de Laz* pio zelo motus & Dominum heredem ſuum de bonis ab ipſo ſibi collatis eligens, ob remedium anime ſue hoſpitali S. Martini predicti donauit tredecim marcas & quinque lotones vſualis argenti, ſub hac forma, quod duo maldra yemalis frumenti & dimidium maldrum ordei in horreo predicti hoſpitalis & de manſis ejus introducto & triturato eidem Volkero infra feſtum S. Michaelis & Martini, quamdiu uixerit, perſoluantur, eo uero uiam vniuerſe carnis ingreſſo, medietas dicti frumenti & ordei apud hoſpitale remanebit, reliqua medietate apud capellanum capelle S. Marie Magdalene **), quem decanus eccle-

*) Hoſpitale hoc olim eccleſiae parochiali ad S. Martinum intra urbem erat contiguum, quae eccleſia anno 1736 in fatali incendio commune cum aliis circumjacentibus aedificiis ſuſtinuit fatum, & ex ejus ruderibus, turri praeſertim ſuperſtite, magnificae pro praeconibus Aug. conf. exſtructae ſunt domus, hoſpitale autem jam ante in ſuburbium ante valvam Kremphérianam translatum, utriusque ſexus homines ſuis alit ſtipendiis, prouentibus abunde prouiſum. Vicariae in illo olim erant plures, quibus propria, ut nunc, gaudebat eccleſiâ; reliquis in ſtipendia pauperum a ſenatu transmutatis, una ſolum adhuc ſupereſt, quae à dicto ſenatu alicui ex vicariis eccleſiae collegiatae b. Mariae virg. ad gradus confertur. A religioſis inhabitatum fuiſſe, perhibent Erfurtenſes; aſt nullibi veſtigium hucusque deprehendi; niſi quod in diplomate ab archiepiſcopo Moguntino Henrico I nobis conceſſo 1144 inter teſtes legerim quendam SINZONEM *prepoſitum regularem de hoſpitali in Erfordia.*

**) Capella S. *Mariae Magdalenae*, olim hoſpitali proxima, adhuc extat, ſaeculo proximè elapſo a D. Schwind conſiliario Moguntino, è ruinis reſuſcitata & ab interitu martio labore vindicata. In illa ſingulis diebus Dom. S. Miſſae ſacrificium celebratur a quatuor vicariis curandum. Quinam autem harum vicariarum patroni ſint? latet.

Digitized by Google

eccleſie S. Marie, qui pro tempore fuerit, inſtituerit ad eandem capellam perpetuo remanente Ita tamen, quod prouiſor hoſpitalis unum quartale frumenti annis ſingulis in vſum infirmorum redigat in anniuerſario ejusdem Volkeri, ut melius in victualibus procurentur, dabitque vnum ſolidum plebano ejusdem hoſpitalis & eccleſiaſtico duos denarios, & ne propter occupaciones nimias magiſter hoſpitalis obliuioni traderet de hujusmodi quartali ad refeccionem infirmorum redigendo, plebanus ejusdem hoſpitalis ipſum, ſi neceſſe fuerit, annis ſingulis premonebit, vt in die anniuerſarii ſui memoriam agant, vigilias de nocte & mane miſſam animarum decantando, capellanus uero capelle S. Marie Magdalene de portione ipſum contingente, pauperibus in pane unum ſolidum dabit, & ſcolari ſuo duos denarios, vigilias & miſſam animarum ſimiliter celebrando.

Et ne inpoſterum aliqua poſſit ſuboriri queſtio nocitura, preſens ſcriptum conſcribi fecimus & ſigillis noſtris, videlicet mei decani, & hoſpitalis predicti, dom. Kunemundi cantoris, dom. Johannis de *Gotha*, canonicorum Erfordenſium, & Rudolffi de *Northuſen* ſenioris fideliter communiri. Teſtes hujus facti ſunt: dom. Erneſtus de *Sebeche* dom. Heinricus de *Rothuſen*, canonici Erfordenſes, dom. Bertholdus plebanus hoſpitalis ſepedicti, Otto Stallis, Cunradus de *Herſeldia*, ciues Erfordenſes & alii quam plures fide digni. Acta ſunt hec anno Dom. MCCLXXXIX. In octaua *Epyphanie Domini.*

X. c

Sententia definitiva ſuper cauſa jurium parochialium eccleſiae S. Leonardi, monaſterio S. Petri incorporatae d. 27 Maj. an. 1289.

Nos VLRICVS *de Bikenbach* Dei gratia præpoſitus eccleſie S. Severi Erphordenſis, canonicus Magunt. per preſentes literas proteſtamur, quod cum religioſis viris abbati, & conventui eccleſie S. Petri *Erphordie* ordinis S. Benedicti moviſſemus aliquamdiu ſuper dicti monaſterii S. Petri & S. Leonardi parochiis queſtionem, dicentes quod eedem parochie, & cura animarum parochialium ipſis parochiis attinencium ad prefatam noſtram S. Severi eccleſiam pertineret, prefatis abbate & convertu in contrarium aſſerentibus, quod non ad eccleſiam S. Severi ſed ad eorum monaſterium ex privilegiorum ſuorum virtute prefatarum parochiarum & parochialium cura ſpectaret, quodque per centum annos & amplius curam hujusmodi habuiſſent, prout declararent privilegia eorundem.

Nos

Digitized by Google

Nos tandem volentes ita conſervare jus noſtrum, ut eos in jure ſuo nullatenus lederemus, honorabili viro domino GEBHARDO decano eccleſie Magunt. privilegia ipſorum inſpicienda commiſimus, conſentientes & promittentes nos diffinitionem & declarationem ipſius ſuper privilegiis eorundem inviolabiliter ſervaturos, qui quidem dominus decanus inſpectis & examinatis eisdem privilegys diffinivit, & etiam declaravit, quod ex virtute ipſorum privilegiorum, ipſarum parochiarum & parochialium cura per ſepedictum monaſterium regi poſſit, & debeat, ſicut recta eſt per idem monaſterium, & ſuo nomine per centum annos & amplius, ſicut ſuperius eſt expreſſum, vnde in ipſius domini decani diffinitionem & declarationem conſencientes ac eas ratas habere volentes renunciamus purè & ſimpliciter omni actioni, que nobis competebat, vel competere poterat ratione dictarum parochiarum contra monaſterium memoratum, dantes has litteras venerabilium dominorum judicum S. Maguntine ſedis, domini decani predicti & noſtro ſigillis ſignatas in teſtimonium ſuper eo & in perpetuam memoriam premiſſorum. Nos judices S. Magunt. ſedis, nosque GEBEHARDUS Dei gratia decanus eccleſie Maguntine ad petitionem prefati domini VLRICI de *Bikenbach* has litteras noſtris ſignavimus ſigillis in teſtimonium veritatis. Datum *Magunt.* anno MCCLXXXIX VI Kal. Junii.

XI.

*Incorporatio parochiae in Alach *), monaſterio S. Petri Erfordiae facta, à Gerhardo archiep. Mogunt. confirmatur d. 3 Oct. an. 1294.*

GERHARDUS Dei gratia S. ſedis Maguntinenſis archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam archicancellarius, univerſis tam preſentis quam futuri evi Chriſti fidelibus preſentes litteras audituris ſeu inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Noverint univerſi, nos venerabilis in Chriſto patris dom. SIFRIDI archiepiſcopi Maguntinenſis conſanguinei noſtri, bone memorie predeceſſoris noſtri litteras non cancellatas, non abolitas nec in aliqua parte ſui viciatas ſub noſtro ſigillo vidiſſe legiſſe & examinaſſe diligencius in hec verba: SIFRIDUS Dei gratia S. Maguntinenſis ſedis &c. **) Attendentes ergo predicte eccleſie in *Alch* dona-

*) Olim Alch, Alich, vicus praefecturae ejusdem nominis Moguntinae, milliari uno ab Erfordia diſtans.

**) Litteras has, datas an. MCCXLIV V Idus Julii, protulit *Schannatus* in *Vindem. litter.* tom. II, pag. II.

Digitized by Google

donacionem & unionem factam per bone memorie dom. Sifridum quondam S. Maguntinenſis ſedis archiepiſcopum ſupradictum predeceſſorem noſtrum ex caritatis & devocionis motibus proceſſiſſe, donacionem & unionem predictas ratas & gratas habentes preſentis ſcripti patentis in nomine Domini confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre confirmacionis ac ratihabicionis paginam infringere vel auſu temerario (ei) contra ire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Erfordie* anno incarnacionis Dominice MCC nonageſimo quarto, V nonas Octobris.

XII.

Archiepiſcopi Moguntini commiſſorium pro translatione monialium ord. Ciſt. de Horto S. Mariae ad eccleſiam S. Martini &c. d. 29 Jul. 1303.

GERHARDUS II Dei gracia S. Maguntinenſis ſedis archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilecto in Chriſto Hermanno dicto *Cappuz* prouiſori allodii Erfordenſis noſtro deuoto fideli ſalutem in Domino. Deuotis fidelium in Chriſto ſupplicacionibus fauorabiliter inclinati tue prouidencie duximus committendum . . . . & conuentum ſanctimonialium *) de *Orto S. Marie* prope muros Erfordenſes de loco in quo exiſtunt apud eccleſiam S. Martini in *plurali* **) extra muros ibidem, cum religioſorum & bonorum virorum conſilio ad honorem Dei & ſalutem animarum, ſi a te juſte petiuerunt, vice & auctoritate noſtra prouide transferas & tranſplantes ſine Ditmari plebani loci, & cujuslibet alterius prejudicio, quidquid autem pie & juſte per te actum uel ordinatum fuerit in premiſſis, illud gratum habebimus, quod eciam . . . . ex nunc auctoritate preſencium litterarum in nomine Domini confirmamus. Datum *Heyligenſtat.* Anno Dom. MCCC tercio, IV Kal. Auguſti.

XIII.

*) *De Orto S. Marie.* Sic vocabatur prius monaſterium in ſuburbio ante valvas Krempferianas vulgo Krempferthor, vel ut antiquitus nominabatur, portam Spaſmi.

**) *In plurali.* Suburbium eſt, quod modo appellatur Bruletum, *Brühl.*

Digitized by Google

XIII.

Lampertus praepoſitus S. Mariae ad gradus Erfordiae pro reſtauro duarum vicariarum in eccleſiâ S. Martini in Bruleto, transfert jus patronatus ejusdem eccleſiae parochialis in proprietatem praepoſiti & conuentus monialium de horto S. Mariae extra portam Kremſferianam d. 30 Maj. 1303.

Nos LAMPERTUS de *Glichin* Dei gracia prepoſitus eccleſie S. Marie Erfordenſis, piis ac juſtis diſcretorum in Chriſto prepoſiti, abbatiſſe, & conuentus ſanctimonialium de *Orto S. Marie* prope muros Erfordenſes, precibus inclinati, accedente auctoritate venerabilis patris domini noſtri GERHARDI II archiepiſcopi Maguntinenſis, jus patronatus eccleſie *S.* Martini in *plurali* prope dictos muros, in . . . prepoſitum abbatiſſam, & conuentum prenotatos, ita quod ad nos, & noſtros ſucceſſores pro reſtauro, collacio duarum vicariarum, in eadem eccleſia factarum, pertineat, quandocunque vacauerint, transtulimus, immo ex nunc tranſferimus in nomine Domini per preſentes, dantes prelibatis... prepoſito, abbatiſſe & conuentui, preſentes litteras, ſigillo noſtre prepoſiture ſignatas, in teſtimonium ſuper eo. Actum & datum anno Domini MCCC, tercio, Kalendis Junii.

XIV.

De parochia in Hochdorff, cujus jus patronatus praepoſitus, prioriſſa & conuentus Albarum dominarum Erfordiae exercebant d. 12 Sept. 1314.

Officialis prepoſiture eccleſie S. Marie Erfordenſis plebano in *Lengewelt* ceteriſque plebanis per predictam prepoſituram ubilibet conſtitutis ſalutem in Domino. Noueritis quod cum Jacobus dictus Schaff, clericus Maguntine dioeceſis, nobis tanquam perpetuis vicariis per honorabilem virum Dom. HARTUNGUM prepoſitum ac religioſas dominam prioriſſam totumque conuentum monaſterii Albarum dominarum Erfordenſium ordinis S. Auguſtini, ad quos jus patronatus ſeu preſentandi racione cujusdam appropriacionis & incorporacionis ipſis & monaſterio predicto à ſede apoſtolica impetratis, nec non de juris patronatus pleno jure dinoſcitur pertinere, preſentatus, nobisque pro parte prepoſiti prioriſſe & conuentus predicti extitit humiliter ſupplicatum, ut di-

ctum Jacobum ad *eccleſiam parochialem in Hochdorff*, de qua ſupradictum, vacantem ex obitu quondam dom. Henrici de *Wechmar*, ultimi rectoris ejusdem, tanquam perpetui vicarii inueſtire dignaremur.

Nos ſupplicacionibus hujusmodi attendentes forma juſta & conſona nec non ſeruatis ſeruandis prefatum Jacobum per librum, quem tenuimus tunc noſtris in manibus, inueſtiuimus & inueſtimus Dei nomine in hiis ſcriptis modo premiſſo, eique curam animarum, regimen populi ut perpetuo vicario ejusdem eccleſie & in ipſa preſentibus concedimus & indulgemus. Quare vobis & cuilibet veſtrum, prout requiſiti fueritis, mandamus quatinus accedentes ubi poſt hoc fuerit accedendum, preſcriptum Jacobum ad poſſeſſionem ejusdem *eccleſie in Hochdorff* inducatis corporalem & defendentes inducatis, facientesque ſibi de fructibus redditibus, prouentibus, juribus, & obuencionibus vniuerſis & ſingulis, plene & integre reſponderi, ut perpetuo vicario ipſius eccleſie, ac à parochianis cenſitis & penſionariis obedienciam & reuerenciam debitam & condignam exhiberi, adhibitis circa hec ſolempnitatibus debitis & conſuetis &c. Datum anno Dom. MCCCXIV, quinta feria proxima poſt natiuitatem Marie.

XV. a

Recognitio capituli S. Severi pro factâ incorporatione eccleſiae parochialis in Buſeleyben d. 22 Sept. 1314.

Nos Mechtfridus decanus, totumque capitulum eccleſie S. Severi Erffordenſis recognoſcimus & preſentibus publice profitemur, quod quia rev. viri domini decanus & capitulum Mogunt. incorporationi eccleſie parochialis in *Buſeleyben*, nobis & dicte noſtre eccleſie faciende, gratioſe & benivole conſenſerunt, ipſis dominis decano & capitulo Mogunt. ut poſtquam incorporatio hujusmodi per archiepiſcopum Mogunt. qui tunc fuerit, facta fuerit cum effectu, duas libras cere fabrice eccleſie Mogunt. in feſto S. Martini hyemalis annis ſingulis in ſignum dati conſenſus perpetuis temporibus dare & ſolvere debeamus promiſimus, nosque ac dictam noſtram eccleſiam ad id faciendum in perpetuum preſentibus obligamus, dantes predictis dom. decano & capitulo has literas appenſione ſigilli noſtri capituli communitas in teſtimonium ſuper eo. Datum anno Dom. MCCC triceſimo quarto, decimo Kalend. Octobris.

Digitized by Google

XV. b

Incorporatio altaris in Egſtat eccleſiae parochiali villae ejusdem d. 28 Aug. 1438.

THEODORICUS Dei gratia &c. honorabili Hermanno de *Buchenauw* proviſori curie noſtre archiepiſcopalis Erffurdenſis, devoto & fideli noſtro in Chriſto dilecto, ſalutem in Domino ſempiternam &c. Sane cum pridem pro parte ſtrenui militis Berchtoldi *Viczthum* in villa *Egkſtet* reſidentis noſtre Magunt. dioec. nobis ſuggeſtum exiſtat, qualiter eccleſia parochialis ville ſupradicte jam pluribus retroactis temporibus ob redditaum atque neceſſariarum obventionum, quarum pretextu rector ejusdem ſuam deberet relevare humanitatem & debita perfrui ſuſtentatione, tenuitatem proprio & vero deſtituta jacuerat rectore, cujus rei contemplacione plebs & villani, ad hujusmodi eccleſiam parochialem ſpectantes, tum in divinis officiis tum in ſacramentorum erogatione multifaria ſint quaſſati negligentia, adeo, quod non ſine amaritudine mentis noſtre proferendum cenſemus, homines & infantes dicte eccleſie absque baptiſmali lotione & corporis Dominici participatione ab humanis excepti viam univerſe carnis ſint ingreſſi. Quodque pietate & miſeratione ductus ſe ad preſenciam magnifici principis domini FRIDERICI lantgravii Thuringie & marchionis Miſnenſis, patroni & collatoris altaris in honorem SS. Andree, Georgii, Nicolai ac Marie Magdalene conſecrati, & in caſtro dicti militis in dicta villa *Egſtet* ſituati, contulerit, ab eodemque nec non ab honorabili Heinrico *Viczthum* ejus filio, dicti altaris rectore & poſſeſſore, quatenus ſupradictum altare eccleſie parochiali predicte cum omnibus & ſingulis ſuis juribus, redditibus, cenſibus & pertinentiis uniretur annecteretur & incorporaretur, procuravit conniventiam, conſenſum pariter & aſſenſum nobis tanquam loci ordinario humiliter ſue ſupplicationis porrigendo elogium, quatenus ſuam piam intentionem oculo paterno amplecti & unionem annexionem & incorporationem predictas producere & conſummare dignaremur. Nos vero ad ſua vota tanquam humaniſſima oculum animadverſionis noſtre declinantes, ſuam piiſſimam intentionem in calculo noſtre rationis circumvolventes repperimus hanc ſuam humanitatem ex cauſſis rationalibus ſcaturientem & ea propter liberalitatis noſtre benignitate merito fore laureandam, & quoniam de premiſſorum efflagitacione aliorumque quorum pollicetur conſenſum acceſſiſſe, noticiam certam & expeditam non habemus, penſantes quod ejusdem pia deſideria non veniant confutanda, arduis autem noſtre Maguntine eccleſie negotiis in preſentia impediti

adeo

adeo quod premiſſorum executioni convenienter intendere nequeamus, de tua induſtria plenam habentes fiduciam, tibi in hac parte noſtras concedimus vices, tue diſcretioni nichilominus injungentes quatenus vocatis omnibus atque ſingulis, quorum intereſſe putatur & qui hujus rei occaſione merito fuerint evocandi, te de predictis informes & ſi reppereris ea que nobis ſuperius ſuggeſta ſunt, veritatis robore fulcita, unias annectas & incorpores altare prefatum cum reditibus obventionibus & pertinentiis ad ipſum quoquo modo ſpectantibus eccleſie parcchiali predicte, nec non plebano dicte eccleſie pro tempore exiſtenti poſſeſſionem vel quaſi realem & actualem jurium, cenſuum, obventionum & pertinentiarum altaris hujusmodi indulgeas auctoritate noſtra hujusmodi apprehendi in uſus & utilitatem dicte eccleſie & ejusdem miniſterii convertendi, ſalvis fructibus biennalibus de dicta parochiali eccleſia nobis vel ſucceſſoribus noſtris archiepiſcopis Maguntinis de dicta eccleſia parochiali, quotienſcunque ſive per ceſſum vel deceſſum ipſius rectoris vacaverit, prout hactenus conſuetum extitit, habita ratione fructuum incorporationis ſibi facte & aliis noſtris archidiaconalibus juribus & cujuscunque alterius ſemper manentibus inconvulſis, faciendo quod decreveris etiam per cenſuram eccleſiaſticam inviolabiliter obſervari. Teſtes vero qui nominati fuerint, ſi ſe gratia odio amore vel timore ſubtraxerint, ſimili cenſura compellas ad perhibendum teſtimonium veritati. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Datum *Hoeſte* die XXVIII menſis Auguſti, anno Dom. mill. quadringenteſimo triceſimo octavo.

XVI.

Eccleſia S. Laurentii in Erfordia unita canonicis regul. S. Auguſtini ibid. d. 3 Jun. 1318.

Nos Guntherus prepoſitus totusque conventus canonicorum regularis eccleſie S. Auguſtini in Erfordia tenore preſencium publice profitemur, quod ratione incorporationis eccleſie S. Laurencii in Erfordia nobis facte duas libras cere ſolvere debemus & tenemur annis ſingulis in feſto b. Martini capitulo Moguntine eccleſie. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum huic littere duximus appendendum. Datum an. Dom. MCCCXVIII, III nonas Junii.

XVII.

Digitized by Google

XVII.

Recognitio decani & capituli b. Mariae virg. ſuper facta incorporatione eccleſiae parochialis S. Benedicti d. 2 Sept. 1322.

Nos Rudolphus decanus totumque capitulum eccleſie b. Marie Erffordenſis recognoſcimus per preſentes, decanatum eccleſie noſtre in duabus libris cere annis ſingulis in feſto b. Martini eccleſie Mogunt. perſolvendis obligatum in recognitionem incorporationis & unionis facte per venerabilem patrem dom. noſtrum dom. Mathiam S. Mogunt. ſedis electum, de conſenſu benivolo capituli eccleſie Mogunt. decanatui eccleſie noſtre predicte de eccleſia parochiali S. Benedicti in *Erfordia* dioec. Mogunt. in cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Dom. MCCCXXII. IV non. Septembris.

XVIII.

Litterae confirmatoriae ſuper vicarid S. crucis in eccleſia monialium montis S. Cyriaci prope Erfordiam d. 6 Dec. 1324.

Nos frater Heinricus de *Frymaria*, ſacre theologie profeſſor, ordinis fratrum S. Auguſtini, univerſis preſencia viſuris & audituris cupimus fore notum. Quod juxta commiſſionem nobis factam, per venerabilem patrem & dominum dom. Mathiam S. Maguntine ſedis archiepiſcopum, inquiſivimus diligenter de inſtauracione vicarie facte & dotate per diſcretum virum Henricum de *Gyſpersleibin* bone memorie, quondam ſacerdotem in cenobio montis S. Cyriaci ad altare S. crucis, & de ſingulis circumſtanciis ad dictam dotacionem & inſtauracionem concurrentibus. Et invenimus quod dicta vicaria fuit legitime ſine prejudicio juris cujuſcunque & cum dotacione competenti inſtaurata. Et ideo dictam vicariam, auctoritate venerabilis patris. dom. Moguntini prefati, tenore preſencium in nomine Domini confirmamus, ſub forma & condicionibus infraſcriptis, primo, quod dicta vicaria nunquam ullis temporibus niſi actu ſacerdoti, conferri poſſit, item ut ſacerdos cui dicta vicaria collata fuerit, teneatur diebus ſingulis celebrare & tam in divino officio continuando, quam in omnibus aliis ſtabit ad nutum & obedienciam prepoſiti dicti loci, in quibuſcunque ſuas vices ſibi duxerit committendum. Item adjecimus, quod ſacerdos qui dictam vicariam ſuſceperit, nullo modo ipſam permutare poſſit, pro quocunque alio beneficio ſeu prebenda, ſed in ea perſonaliter reſidebit,

Digitized by Google

vel ſi eam ulterius perſonaliter tenere noluerit, ipſam libere reſignabit. Decernentes auctoritate preſencium, quod . . prepoſitus & conventus predicti cenobii prefatam vicariam nulli perſone impoſterum conferre poſſint, nec debeant, niſi ad obſervanciam condicionum predictarum ſe voluerit preſtito ſacramento voluntarie obligare, ne illa que pro caritate & bono monaſterii inſtituta ſunt, contra caritatem & pacem dicti cenobii poſſint impoſterum militare. Et ne de dotacione dicte vicarie impoſterum ambiguitas, ſeu contencio oriatur, declaramus per preſentes, quod dictus vicarius habebit menſam prepoſiti liberaliter & pro meliori ſubportacione dicte prebende, ipſe prepoſitus ſingulis annis recipiet unum maldrum Erfordenſis menſure de granario Dominarum. Item preter menſam predictam, ipſe vicarius recipiet ſingulis annis quinque maldra frumenti & ordei cum uno quartali auene & tredecim ſolidis Erfordenſibus denar. & viginti pullis dandis nomine obvencionum, que vulgariter *ovelei* dicuntur, que omnia dabuntur in Buſeleibin. In quorum omnium robur & teſtimonium ſigillum noſtrum pro confirmacione expreſſa preſentibus duximus apponendum. Acta ſunt hec anno Dom. MCCC — viceſimo quarto, in die b. Nycolai.

XIX.

Recognitio abbatis & conventus Scotorum pro incorporatione eccleſiae S. Ægidii d. 13 Dec. 1325.

Nos CONDINUS Dei gratia abbas totusque conventus monaſterii S. Jacobi Scotorum in Erfordia recognoſcimus publice in hiis ſcriptis, quod nos tenemur & dare debemus ſingulis annis in feſto b. Martini ad luminaria majoris eccleſie Mogunt. duas libras cere & illas preſentare magiſtris fabrice eccleſie ejuſdem, ratione incorporationis eccleſie S. Ægidii oppidi Erfordenſis per rev. in Chriſto patrem ac dom. d. MATHIAM S. Mogunt. ſedis archiepiſcopum, nec non capitulum majoris eccleſie Mogunt. nobis facte. In quorum omnium & ſingulorum evidens teſtimonium noſtra ſigilla duximus preſentibus appendenda. Datum & actum *Erfordie* ſub anno Dom. MCCCXXV. Idus Decembris.

XIX. a

Confirmatio vicariae ſacerdotalis perpetuae in monaſt. S. Cyriaci d. 23 Aug. 1335.

In nomine Domini Amen. Nos HERMANNUS decanus eccleſie b. Marie

Marie virg. Erfordenſis, judex generalis per Thuringiam conſtitutus, & proviſor allodii domini Maguntini ibidem. Et nos . . . . officialis D. Johannis prepoſiti eccleſie b. Marie predicte, tenore preſencium recognoſcimus & omnibus tam preſentibus quam futuris in perpetuum cupimus fore notum, quod inſtauracionem ſeu fundacionem unius vicarie perpetue ſacerdotalis, quam honorabilis vir & diſcretus Dom. Gerhardus quondam prepoſitus monaſterii S. Cyriaci prope muros Erfordenſes ordinis S. Benedicti Magunt. dioec. fundavit & de novo inſtauravit in predicto monaſterio S. Cyriaci, cujus jus patronatus ſeu preſentandi perpetuo pertinuit, debet ſpectare ad . . prepoſitum . . abbatiſſam . . prioriſſam & totum conventum ibidem, ratum & gratum auctoritate predicta habemus & tenemus & in premiſſis omnibus noſtram voluntatem in expreſſum conſenſum & voluntatem de jure adhibemus pariter & aſſenſum. In quorum teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum & actum *Erfordie* anno Dom. milleſimo tricenteſimo triceſimo quinto, in vigilia b. Bartolomei apoſtoli.

XX.

Henrici archiep. Mogunt. litterae juſſoriae ad magiſtratum & cives Erfordienſes, ut obediant ſententiis a praepoſito b. Marie virg. latis d. 6 Jul. 1337.

Henricus Dei & apoſtolice ſedis gratia S. Maguntine ſedis archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam archicancellarius, univerſis & ſingulis abbatibus, prioribus, prepoſitis, decanis, archipresbyteris, camerariis, plebanis, viceplebanis, ceteriſque clericis & laicis per prepoſituram eccleſie S. Marie Erfordienſis conſtitutis, & ſpecialiter magiſtratui & conſulibus ſcultetoque civitatis noſtre Erfordienſis devotis ſive dilectis ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Significavit nobis honorabilis vir Johannes de *Treveri* canonicus Magunt. veſter & dicte prepoſiture prepoſitus, devotus noſter dilectus, quod nonnulli ex vobis propter noſtros & noſtrorum in hac parte commiſſariorum ſeu judicum ſententias & proceſſus ab ipſius obedientia receſſerunt, nobis humiliter ſupplicando ſibi ſuper hoc de oportuno remedio provideri. Nos igitur ſuis ſupplicationibus favorabiliter annuentes vobis omnibus & ſingulis, qui ab ipſius obedientia receſſiſtis, ſub pena excommunicationis late ſententie, quam in vos & quemlibet veſtrum, ſi non feceritis quod mandamus, canonica trium dierum monitione premiſſa, ferimus in hiis ſcriptis, diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ad obedientiam dicti

Digitized by Google

veſtri prepoſiti non obſtantibus ſententiis & proceſſibus quibuſcunque per nos ſeu per noſtros commiſſarios vel judices contra dictum prepoſitum ac ſibi obedientes prolatis, quos quidem proceſſus & ſententias omnes ex certis cauſis nos ad hoc moventibus revocavimus ac preſentibus revocamus, redire curetis, ſuis ac ſui officialis monitis & preceptis fideliter intendentes, alioquin ſententias quas iidem prepoſitus & officialis rite tulerint in rebelles, faciemus usque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari, omnes nichilominus commiſſarios ſeu judices a nobis vel alio quocunque, prepoſito predicto duntaxat excepto, in dicta prepoſitura hactenus conſtitutos & juriſdictionem eisdem per nos commiſſam revocavimus ac preſentibus revocamus. Datum *Aſchaffenburg* II non. Julii anno Dom. MCCCXXXVII.

XXI.

Litterae recognitionis parochi S. Joannis bapt. ſuper fundatione vicariae S. Michaelis d. 22 Febr. 1338.

Ego Johannes verus paſtor, ſeu rector eccleſie S. Johannis bapt. Erfordienſis recognoſco manifeſte preſencium in tenore, quod ad Dei laudem, & divinum officium amplificandum, voluntatem plenam adhibui, conſenſum meum & favorem ſufficienter ad hoc conceſſi, ut viri diſcreti Siffridus & Rudegerus fratres dicti de *Kezzelborn* cives Erfordenſes, ad miſſam perpetuo legendam in dicta eccleſia ad altare S. Michaelis archangeli dotaverunt unam vicariam propter Deum, & inſtaurarunt, ita ſane videlicet, quod Siffridus & Rudegerus preexpreſſi & eorum heredes, eandem vicariam conferre debeant, loco & tempore ſe offerentibus, ac ejus collatores exiſtant, in quorum premiſſorum teſtimonium dedi preſentem literam meo ſigillo roboratam. Actum & ratum preſentibus Johanne de *Rocſtete*, Johanne de *Butſtete*, Theoderico de *Varila*, Friderico dicto *Guter*, Henrico de *Lapide*, Theoderico de *Martbeche*, Henrico de *Waltershun*, Kirſtano de *Nollede* & Gimchon de *Aroldeshun*, civibus Erfordenſibus, ceterisque quam pluribus fide dignis. Anno Dom. MCCCXXXVIII. Kal. Martii.

XXII.

Praepoſitum inter & capitulum b. Mariae virg. permutatio ſuper jure patronatus eccleſiarum Mercatorum & S. Viti &c. d. 10 Dec. 1339.

In nomine Domini Amen. Nos Johannes Dei gracia prepoſitus, &

Digitized by Google

& nos Heinricus de *Sibeleiben* ſcolaſticus, & Sifridus cantor totumque capitulum ecclesie S. Marie Erfordenſis, decano noſtro abſente conſiderantes attencius, quod omnes conatus noſtros diligenter ad hoc impendere nos deceat, ut ea, in quibus ecclesie, prepoſiture, capituli & perſonarum ecclesie condicio proficit, & ſalus, honor, commoditas & profectus noſter conſiſtere dinoſcitur, utrumque ſagaci ſtudio procuremus. Decernimus igitur multa providencia prehabita infra ſcripta beneficia prehabita, quorum ordinacio, collacio & diſpoſicio ad nos pertinet, ad invicem permutare & eadem ex nunc, quantum ad nos attinet, cum hoc racionis vigor & racio ſuadeat, permutamus, videlicet *Mercatorum* & *S. Viti* eccleſias *Erfordenſes*, quarum jus patronatus ad nos prepoſitum pertinet, pro canonicatu & prebenda, quos bone memorie dom. Theodoricus Brunonis noſter concanonicus prebendatus olim tenebat, & quorum canonicatus & prebende ad nos ſcolaſticum, cantorem & capitulum, collacio, proviſio & diſpoſicio pertinet, in Domino permutamus, ut de cetero ad nos prepoſitum & ſucceſſores noſtros de canonicatu & prebenda hujusmodi, & ad nos ſcolaſticum, cantorem & capitulum noſtrosque ſucceſſores de ſupradictis eccleſiis ordinacio & diſpoſicio, cum vacant ſeu quociens eadem beneficia vacare contigerit, pertineat & apud nos perpetuis temporibus debeat dependere, ſalvo jure dom. prepoſiti, ſi contigerit ipſas vicarias vacare, quod preſentent ipſos vicarios dom. prepoſito aut ſuo officiato, inveſtituram & acceſſum altaris recipiendo, ipſisque obedienciam, reverenciam debitam faciendo & honorem. In cujus rei robur & firmitatem perpetuam nos prepoſitus & capitulum eccleſie S. Marie predicte ſigillis noſtris preſens ſcriptum tradimus communitum. Datum & actum anno Domini milleſimo trecenteſimo XXXIX. feria ſexta poſt feſtum b. Nicolai confeſſoris.

XXIIII.

Recognitio capituli b. Mariae virg. pro incorporatione eccleſiarum Mercatorum & S. Viti d. 20 Dec. 1340.

Nos Henricus ſcolaſticus, Sifridus cantor, totumque capitulum eccleſie S. Marie Erforden. decano noſtro abſente recognoſcimus publice profitentes, quod cum rev. dom. decanus & capitulum eccleſie Mogunt. incorporationibus & unionibus eccleſiarum Mercatorum & S. Viti intra muros Erfordenſes eccleſie noſtre factis, benigne ac favorabiliter ſuum prebuerint conſenſum, ipſis in memoriale perhenne de qualibet

Digitized by Google

eccleſiarum predictarum duas libras cere ſingulis annis in feſto b. Martini ſub noſtris laboribus & expenſis dare promittimus, & preſentibus nos obligamus, magiſtro fabrice eorum, qui pro tempore fuerit in *Moguntia* preſentandas, dantes has litteras ſigillo capituli noſtri ſigillatas in teſtimonium ſuper eo. Sub anno Dom. MCCCXL. XIII Kalend. Januarii. *)

XXIII. a

Monaſterium Langheim ob incorporationem parochiae Rudolſſtat obtentam promittit ſe quotannis daturum eccleſiae Mog. duas libras cerae d. 24 Apr. an. 1341.

Nos frater HENRICUS abbas, Henricus prior totusque conventus monaſterii in *Langheym* ordinis Ciſterc. Babenbergenſis dioec. recognoſcimus & ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, quod cum rev. in Chriſto pater & dom. noſter dom. HENRICUS S. Mogunt. ſedis archiep. JOHANNES decanus totumque capitulum ejusdem eccleſie Mog. nobis & noſtro monaſterio *Langheim* predicto parochialem eccleſiam in *Rodolſſtat* cum beneficiis annexis unanimiter pie & liberaliter incorporarent, in cujus incorporationis recognitionem & evidens ſignum ſibi & ſuæ eccleſie Mogunt. predicte nomine annui cenſus duas libras cere circa feſtum b. Martini noſtris ſub expenſis & laboribus dare perpetuis temporibus teneamur, nos ad ejusmodi cere ſolucionem noſtramque eccleſiam ſecundum preſcriptum modum preſentibus obligamus. In quorum teſtimonium & robur, ſigillum noſtrum noſtrique conventus preſentibus ſunt appenſa. Datum anno Dom. MCCCXLI, in craſtino b. *Georgii* martiris.

XXIII. b

Monaſterium Eberbach ſe obligat ad duas libras cerae annuas, ſi monaſterium Langheim, cui parochia Rodolſſtat eſt incorporata, in danda cera memorata negligens fuerit, d. 17 Jun. an. 1341.

Nos frater WILHELMUS abbas, Enſfridus prior totusque conventus mona-

*) Decano & capitulo predictae eccleſiae ſunt incorporatae cuſtodia ejusdem eccleſiae & eccleſia parochialis in *Rudenſtete*.

monaſterii in *Ebirbach* recognoſcimus & ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod cum rév. in Chriſto pater & dominus noſter Henricus ecclefie Mogunt. archiepiſcopus ejusque capitulum religioſis viris abbati & conventui monaſterii in *Langheim* ordinis Ciſterc. Babenberg. dioec. nec non ipſi monaſterio eccleſiam parochialem in *Rodolſtadt* ſue dioec. incorporarent, unde ſingulis annis dicte eccleſie Mogunt. duas libras cere in ejusdem incorporationis evidens ſignum dare pro cenſu annuo tenerentur, nos pro eadem cera danda & monaſterium noſtrum preſentibus obligamus & pro eisdem dare promittimus, usque dum ſe & ſuum monaſterium *Langheym* predictum ſufficienti obligent predicte eccleſie Mogunt. teſtimonio litterarum. In quorum evidens teſtimonium hanc litteram predicte eccleſie Mogunt. dedimus ſigillo ſuffragiorum noſtre eccleſie roboratam. Datum anno Dom. MCCCXLI. Dominica qua cantatur *Jubilate*.

XXIV.

Recognitio Eytirsburgenſium pro incorporatione eccleſiae parochialis in Appolde, d. 19 Febr. an. 1342.

Nos prepoſitus & conventus eccleſie canonicorum regularium in *Eytirsburg* Mogunt. dioec. recognoſcimus tenore preſencium publice profitendo, quod pro eo, quod rev. domini noſtri decanus & capitulum eccleſie Moguntine incorporationi, per rev. in Chriſto patrem ac dominum noſtrum dominum Henricum S. Mogunt. ſedis archiepiſcopum nobis ac eccleſie noſtre facte de eccleſia parrochiali in *Appolde*, ſuum adhibuerint conſenſum gratioſum, ad tradendum & ſolvendum ſingulis annis in feſto b. Martini duas libras cere magiſtro fabrice prefate eccleſie Mogunt. qui pro tempore fuerit ſub noſtris laboribus & expenſis, nos & noſtram eccleſiam perpetuis temporibus obligamus, dantes has litteras in ſignum recognitionis & ſubjectionis hujusmodi, noſtris ſigillis ſigillatas in teſtimonium ſuper eo. Datum anno Dom. MCCCXLII. XI Kalend. Marcii.

XXV.

Incorporatio eccleſiae paroch. in Alch, monaſterio montis S. Petri Erford. facta per Henricum III archiep. Mog. cum capituli ſui concenſu d. 15 Mart. 1343.

Henricus Dei gracia S. Maguntinenſis ſedis archiepiſcopus, ſacri imperii

imperii per Germaniam archicancellarius, dilectis in Chriſto abbati & conventui montis S. Petri Erfordenſis ſalutem in Domino. Dignum omnino cenſemus & conſentaneum racioni, ut eos, quos in fide & devocione noſtra ſemper actenus comperimus indefeſſos, favorabiliter proſequamur munificentia gracie ſpecialis. Hinc eſt, quod noſtre devocionis reſpectu, obtentu quoque precum Henrici de *Sebeleybin*, ſcolaſtici eccleſie S. Marie Erfordenſis, clerici noſtri dilecti, vobis veſtrisque ſucceſſoribus in perpetuum auctoritate preſencium indulgemus, ut eccleſiam in villa *Alch*, in qua jus patronatus habetis, pleno jure de cetero ex noſtre devocionis & auctoritatis gracia poſſidentes, redditus, obvenciones & proventus ipſius in prebendarum veſtrarum ſubſidium convertere licite valeatis, ipſamque eccleſiam vobis & veſtro monaſterio incorporamus preſentibus & unimus in nomine Domini per preſentes, jure archidiaconi per omnia ſibi ſalvo. Volumus eciam & preſentibus indulgemus, quod prefata eccleſia in *Alch* officietur per idoneam perſonam de conventu vel per clericum ſecularem, prout hoc abbati dicti monaſterii, ad quem preſentacio & diſpoſicio pertinet & pertinebit, magis & melius videbitur expedire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre indulgencie, incorporacionis, unionis & donacionis paginam infringere vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei & b. Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Aſchaffenburg* anno Dom. MCCCXLIII. Idus Marcii.

Nos JOHANNES Dei gracia decanus totumque capitulum eccleſie Moguntine recognoſcimus per preſentes, quod nos incorporacioni & unioni factis per rev. in Chriſto patrem ac dom. noſtrum dom. HEINRICUM S. Moguntine ſedis archiepiſcopum, religioſis viris abbati & conventui montis S. Petri Erford. de eccleſia parochiali in villa *Alch*, prout facte ſunt in littera ejusdem domini noſtri archiepiſcopi, cui hec noſtra littera eſt transfixa, plenis continetur, noſtrum conſenſum adhibuimus & preſentibus adhibemus benevolum & expreſſum, dantes has noſtras litteras ſigillo capituli noſtri ſigillatas in teſtimonium ſuper eo. Anno Domini MCCCXLIII. Idus Marcii.

XXVI.

Augmentum fructuum vicariae b. Mariae virg. in eccleſia monialium O. S. B. in monte S. Cyriaci extra muros Erfurtenſes d. 8 Nov. 1344.

NOS HERMANNUS prepoſitus, JUTHA abbatiſſa, Eliſabeth prioriſſa, totus-

totusque conventus ſanctimonialium montis S. Cyriaci extra muros Erfordenſes, ordinis S. Benedicti . . . recognoſcimus in hiis ſcriptis publice profitentes, quod eſtimacione equali & utili interveniente, tam ex parte noſtri quam ex parte vicarie ad altare b. Marie virg. per honorabilem virum dom. Gerhardum de *Tenneſtete* quondam prepoſitum noſtrum, in eccleſia noſtra inſtaurate, & cum prebenda in menſa prepoſiti noſtri & cum eo habenda, nec non cum quinquaginta ſolid. den. Erford. annui cenſus apud cives & de pretorio eorum perpetuo comparatis, & vicario, qui pro tempore fuerit, in eadem danda, empta & dotata ex ordinacione & procuracione dilecti noſtri amici quondam Theodori Tornowen, civis Erfordenſis, nec non Uthe uxoris ſue, de quorum auxilio bona noſtra in *Haſtingeſtete* comparavimus & emimus, dare & ſolvere debemus perpetuo quatuor maldra frumenti & ordei Erfordenſis menſure, videlicet duo maldra mixti & boni frumenti, & duo maldra boni ordei, annue penſionis, ad vicariam S. Marie predicte, & vicariis, qui pro tempore per nos inſtituti fuerint ad eandem, in feſto S. Michaelis archangeli annis ſingulis de eisdem bonis noſtris in *Haſtingeſtete* ſine contradictione qualibet expedire promittimus. Et ad hec nos & noſtram eccleſiam abſque dolo & fraude firmiter obligamus, niſi dictis bonis noſtris, quod Deus auertat, ſpoliaremur, & per laycalem potenciam Dei timore poſtpoſito privaremur, facultate tamen apud nos remanente, dicta bona noſtra vendendi & convertendi pro noſtro beneplacito & utilitate, dummodo hoc fiat ſine dimminucione penſionis dicte vicarie & vicariorum ejusdem, qui pro tempore fuerint, abſque dampno. Tenebuntur eciam vicarii ejusdem vicarie conſencientes & quietos eſſe cum prepoſito noſtro in divino officio, in ſumma miſſa cantanda & obſervanda & una cum vicario S. Crucis ſeptimanatim tenenda, vel prout eis magis placuerit, & in aliis licitis & honeſtis. Dantes hanc litteram ſigillis noſtris conſignatam in evidenciam & teſtimonium omnium premiſſorum. Teſtes hujus rei ſunt dom. Gotfridus vicarius eccleſie noſtre predicte, Ludolphus de *Ilmene*, Conradus Verdelint, cives Erfordenſes, noſtri amici, Eckehardus de *Tenneſtete*, Ulricus cellerarius & Henricus de *Brambeche*; & quam plures alii fide digni. Actum & datum, anno Dom. milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quarto, ſexto Idus Novembris.

XXVII.

De vicaria S. Nicolai in eccleſia S. Martini in Bruleto extra muros inſtituta d. 23 Aug. 1317.

Nos Henricus prepoſitus, Elisabeth abbatiſſa, prioriſſa totusque con-

conventus ſanctimonialium cenobii ecclesie S. Martini extra muros Erfordenſes in plurali, tenore preſencium litterarum publice profitemur, quod ob amorem quem ad perſonam dom. Henrici dicti Krug ſacerdotis habemus ſpiritualem, qui ob reverenciam Dei & omnium ſanctorum ſueque, nec non parentum ſuorum ſalutis incrementum de bonis ſibi collatis a Deo, nec non pecunia per ſuam induſtriam conquiſita comparatis, vicariam in dicta noſtra S. Martini ecclesia inſtituit, altareque S. Nicolai in eadem dotavit legitime & devote, que quidem in ipſius dom. Henrici donacionis littera ſunt expreſſa, ad inſtitucionem hujusmodi, inſtauracionem & dotacionem noſtrum dedimus conſenſum ac damus unanimiter & concorditer in Dei nomine in hiis ſcriptis, dotacionem ipſius dom. Henrici in hac parte irrevocabiliter acceptantes, & nichilominus liberaliter admittimus, quod idem dom. Henricus dictam vicariam pro ſuo beneplacito per ſe regat, vel alii aut aliis quocienſcunque vacare contigerit, conferat quoad vivit, poſt mortem vero ejus conferre eam tenebimur perſone idonee & actu ſacerdoti, vel que ſit habilis & poſſit infra annum ad ſacerdocium promoveri. Vicarii quippe ejusdem vicarie, qui pro tempore fuerint, tenebuntur una nobiſcum matutinis ſumme miſſe & veſperis frequentius intereſſe, nosque ipſis in vino, oblatis & uno lumine volumus providere. Ut autem hec omnia rata & firma perpetuis temporibus permaneant, hanc damus litteram ſigillorum noſtrorum munimine fideliter roboratam. Actum & datum anno Domini MCCCXVII. X Kal. Septembris.

XXVIII.

Compromiſſum in arbitros litis finiendae ratione altaris S. Nicolai in eccleſia S. Martini, d. 23 Jul. 1344.

Nos Gyselherus prepoſitus, Elisabeth abbatiſſa & totus conventus ſanctimonialium ac Bertoldus dictus Starke presbyter vicarius ſeu rector altaris S. Nicolai monaſterii S. Martini extra muros Erfordenſes, pro nobis & nomine altaris ac monaſterii eorundem ex una, nec non Conradus & Rudolphus fratres dicti Krug noſtro nomine & ſimiliter pro nobis ex altera parte, ſuper cauſa ſeu cauſis, quam ſeu quas ego Bertoldus predictus, dicti altaris mei nomine ſuper duobus manſis terre arabilis ſitis in campis ville *Varila* & annua penſione duorum tritici & duorum ordei maldrorum Erfordenſis menſure de eisdem manſis ſolvenda & jam decem annis neglecta hactenus movi coram rev. viris dominis judicibus Moguntinis, & aliis cauſis quibuslibet, nobis, prepoſito, conventui

ventui & Bertoldo prediſtis nomine diſtorum altaris & monaſterii ac ex perſona quondam domini Heinrici diſti Krug ſacerdotis bone memorie contra Conradum & Rudolphum fratres prediſtos conpetentibus quoquomodo, nec non ſuper omnibus & ſingulis cauſis litis & queſtionibus cauſe, ſeu cauſis hujusmodi incidentibus, ab eis dependentibus, ſeu emergentibus ex eisdem in honorabiles & diſcretos viros dominos Johannem de *Treueri* cantorem, per nos prepoſitum & conventum, & Bertoldum ac Ludewicum de *Munre*, canonicum ecclefie S. Severi Erfordenſis, per nos Conradum & Rudolphum prediſtos fratres, nec non magiſtrum Heinricum de *Geyzelde*, canonicum ecclefie S. Marie Erfordenſis, tamquam in terciam & communem perſonam pro utraque parte eleſtos pariter & aſſumptos, tamquam in arbitros ſive arbitratores ſeu amicabiles compoſitores compromiſimus & compromittimus in hiis ſcriptis, dantes eisdem duobus, ſi concordare poterunt, alioquin aſſumpto ſibi prediſto tercio, quando & quociens eis oportunum videbitur, ac ipſi tercio cum eisdem plenam & liberam poteſtatem infra hinc & feſtum nativitatis Chriſti proxime aſſuturum nos partes prediſtas citandi, quando & quociens ſibi videbitur expedire, prediſtas cauſas lites & queſtiones audiendi & examinandi, ſopiendi, ſeu eciam decidendi in amicicia vel in jure procedendi &c. In quorum omnium & ſingulorum evidens teſtimonium nos Gybelherus prepoſitus, Eliſabeth abbatiſſa & totus conventus monaſterii S. Martini prediſti pro nobis & Bertoldo ſubſcripto ſigilla noſtra, quibus & ego Bertoldus prediſtus utor in preſenti, ſunt appenſa. Nos vero Conradus & Rudolphus fratres prediſti, quia ſigillis propriis careamus, ſigillo honorabilis viri domini HEINRICI decani ecclefie S. Marie Erfordenſis utimur in preſenti, & preſentem literam procuravimus cum eodem ſigillari. Nos quoque Heinricus decanus jam diſtus recognoſcimus, quod ad preces Conradi & Rudolphi fratrum prediſtorum ſigillum preſentibus duximus appendendum. Aſtum & datum anno Domini milleſimo tricenteſimo quadrageſimo quarto, decimo Kalend. Auguſti.

XXIX.

Sententia arbitralis in eadem cauſa d. 11 Dec. 1344.

In nomine Domini Amen. Cum ſuper cauſa ſeu cauſis quam vel quas honorabilis vir GYSELHERUS prepoſitus & religioſe ſorores ELISABETH abbatiſſa & totus conventus ſanſtimonialium, ac Bertoldus diſtus Starcke presbyter, reſtor ſeu vicarius S. Nicolai monaſterii S. Martini

 tini

tini extra muros Erfordenſes proſequebantur ipſorum altaris & monaſterii nomine contra Conradum & Rudolphum fratres dictos Krug ſuper duobus manſis terre arabilis ſitis in campis ville *Varila* & annua penſione duorum tritici & duorum ordei maldrorum Erfordenſis menſure de iſtis manſis ſolvenda & jam decem annis neglecta ... fuiſſet, in nos Johannem de *Treviri* cantorem, & Ludewicum de *Munre* canonicum compromiſſum ſub certa forma, in compromiſſo deſuper confecto expreſſa, a dictis partibus, hinc & inde nos ſuſcepto in nos hujusmodi compromiſſo & auditis ac recenſitis a predictis partibus coram nobis propoſitis & deductis arbitrando, dictas partes componendo, & aliis viis & forma melioribus quibus poſſumus aut valemus pronunciamus & dicimus, quod Conradus & Rudolphus fratres predicti debent tradere & aſſignare predictis .. monaſterio & .. altari duodecim ſolidos in *Greuenthunna*, octo ſcilicet in *Neyſſtete* & unam libram in *Tachebeche* villis annui & perpetui cenſus cum eorum obvencionibus & pertinenciis univerſis, dandi & ſolvendi de bonis ſitis in villis & campis villarum earundem. Item duo quartalia manſi terre arabilis ſita in campis ville *Phfertingesleyben* eo jure & utilitate, quibus dicti fratres bona hujusmodi hactenus poſſederunt, nec ipſi fratres debent predicta .. monaſterium & altare aut rectorem ipſius ſeu vicarium pro tempore exiſtentem in bonis predictis inquietare aut moleſtare, ſed ipſi fratres debent facere quieta & pacifica eorundem bonorum poſſeſſione gaudere. Preterea ſuper duobus manſis ſitis in campis ville *Varila*, ut predicitur, & penſione inde ſolvenda & neglecta ac aliis cauſis, ſi que dictis .. prepoſito .. conventui & Bertoldo nomine dictorum altaris & monaſterii ex perſona predicti domini Heinrici Krug poſſent competere quoquomodo, prefatos Conradum & Rudolphum fratres ab impeticione eorundem .. prepoſiti .. conventus & Bertoldi abſolvimus, ipſis ſuper his perpetuum ſilencium imponentes, pronunciantes quod jam dicti .. prepoſitus .. conventus & Bertoldus per ſe vel per alium ſeu alios non debent predictis fratribus ſuper his, in quibus ipſos abſolvimus, in judicio vel extra movere de cetero queſtionem. Preterea pronunciamus & dicimus quod expenſe in judicio & extra a dictis partibus hinc inde facte, dampna & intereſſe debent eſſe hinc inde perdite, nec aliqua parcium predictarum movebit ſuper his alteri queſtionem, & ſic his ſalvis omnes queſtiones, rancores & lites inter dictas partes debent eſſe extincte totaliter & ſopite. Nos quoque .. prepoſitus .. conventus & Bertoldus predicti pro nobis, monaſterio & altari predictis, ac Conradus & Rudolphus fratres predicti ſimiliter pro nobis ſubſcriptam pronunciacionem, ordinacionem ſive compoſicionem laudamus & probamus

&

Digitized by Google

&...... voluntarie & expreſſe. Nos eciam officialis prepoſiture eccleſie S. Marie Erfordenſis premiſſam ordinacionem, pronunciacionem ſeu compoſicionem ad peticionem dictarum parcium auctorizamus & preſentibus approbamus. In premiſſorum igitur omnium & ſingulorum teſtimonium nos Johannes cantor & Ludewicus canonicus . . prepoſitus & . . conventus ac . . officiales predicti ſigilla noſtra duximus preſentibus appendenda. Nos vero Bertoldus, Conradus & Rudolphus predicti quia propriis caremus ſigillis, ego Bertoldus ſigillo . . prepoſiti & . . conventus, & nos Conradus & Rudolphus fratres dictorum arbitrorum & . . officialis utimur in hac parte. Teſtes quoque premiſſorum ſunt honorabiles & diſcreti viri dom. Henricus, decanus, Reinhardus de *Byenbach* canonicus, Henricus de *Sommerde* perpetuus vicarius S. Marie, Guntherus rector S. Benedicti eccleſ. Erfordenſis, Conradus de *Rodeſtog* oppidanus Erfordenſis, & quam plures alii fide digni. Datum anno Domini MCCCXLIV. tert. Idus Decembris.

XXX. a

Gerlaci archiep. Mogunt. privilegium, quod interdictum tantum ſervandum ſit in una parochia Erfordiae, & non in aliis d. 11 Jul. 1349.

Gerlacus &c. cupientes fideles noſtros dilectos civibus Erffurdenſibus, qui omnes ubilibet pre cunctis aliis intendunt ſerviciis & ad bonum ſtatum terre Thuringie indeſinenter laborant honorare, pre ceteris prerogativa & gracia ſpeciali ipſis indulgemus, ut a nullo judice nobis ſubjecto, ordinario vel delegato, ex nunc in antea predicta civitas Erfordenſis poſſit ex cauſa aliqua interdici ſine ſcitu & mandato noſtro ſpeciali, hoc adjecto, ſi quem nobilem vel alium cujuſcunque condicionis exiſtat in cujus preſencia auctoritate judicum quorumcunque nobis ſubjectorum ceſſatio divinorum & interdictum eſſent obſervanda ad predictam civitatem Erffordenſem pro utilitate ejus & terre Thuringie per cives ipſos vocari ſeu conduci contingit, quod hujus ceſſacio in illa parochia, in qua hoſpicium ſeu hoſpitaculum obtinet, dumtaxat obſerventur, ipſo qui cauſam ipſi interdicto vel ceſſationi dederit ibidem ſine dolo & fraude penitus commovente in aliis etiam parochiis civitatis predicte hujus ceſſationis vel interdicti ſententias & effectus earum quoad premiſſa duximus ſuſpendendas. Volumus inſuper quod incole civitatis Erfurdenſis & homines ipſis noſtris civibus adtinentes feriatis diebus, preterquam in ſummis feſtivitatibus, tempore neceſſario inſiſtere valeant labori-

Digitized by Google

boribus licitis & honeſtis preſertim ubi negligentia laboris hujus eſſet periculum allatura, propter quod etiam judices nobis ſubjecti ipſos impedire non debent aliqualiter vel gravare, hoc noſtro indulto in premiſſis & quolibet premiſſorum usque ad noſtre voluntatis beneplacitum duraturis. Datum Sabbatho ante diem b. Margarethe virg. anno Domini MCCCXLIX.

XXX. b

Recognitio circa DD. de Kabeſtete an. 1349.

Wir HENRICH probiſt zu S. Martine in dem *Brule* vor der ſtat zu *Erforte*. KUENIGUNT eptiſſen. Hedewig prialy vnde dy couent der Cloſtirmuwin daſelbins bekennen uffinberlich eyntrechticlich und mit geſammendir hant, alle den zins vnd ofeley den wir gekouft hattin zu den geſtreyngin mannen hr. Dieteriche und zu hern Ludewige von *Kobinſtete* gebrudirn umme zwey und drizzig phunt unde zen ſchillinge Erfortiſchir phenninge dez ſie uns ire uffene briue gegebin habin. Den egenanten kouf hat der erbe man her Gunther von *Küngiſſe* eyn burger zu Erforte bezalit und vorgoldin in ſulche wis zu alle deme rechte alſe wir den kouf getan habin von unſis gotishuſis wegin, und der egenante zins und ofeley alſe hie vndene geſchribin ſtet ſal volgin zu vierlybin, vor Künigunde der eptiſſen, Criſtinen von Küngiſſe, Kunne Holtzeigin und Claren von Eylnerſkehoue irn mumen, dy wile ſi alle lebin und ir eyn lebit. Wer ouch detz der widirkouf an deme egenanten zinſe und an deme ofeley geſche dy wile dye egenanten juncfrowin alle lebeten adir ir eyn lebete, ſo ſoldin der egenanten juncfrowin frunt mit dez cloſtirz frunde rate, daz geilt den juncfrowin und deme kloſtere widir anlegin, wan noch der vier juncfrowin lybe ſal der zins vnde daz ofeley und was gutis mit deme geilde widir gekouft wirt in daz Syechhus unſis egenanten cloſtirs valle zu troſte iren und alle irer eyldern ſelen. Dit iſt der zins und ofeley, her Johannes von *Iggirsleibin* eyn vicaril gebiet III ſchillinge, eyne gans vnd eyn hun von eyner weſin vnd von eyme houe &c. Dez zu Orkunde gebe wir probiſt deſin brif beueſtit mit vnſeme inſegele vnd mit unſis couentis inſegele. Gegebin in den jarin Gottis, dritenhundirt jar, in deme nun und virtzigiſtin jare.

XXX. c

Fundatio anniverſarii pro Beringero de Meldingen in eccleſia S. Martini extra muros Erfordenſes d. 15 Jun. 1350.

Wir HENRICH probiſt vnd HEDEWICH abbatiſſa vnd .. prioriſſa vnd

vnd alle........ jungfrowen der cloſterfrowen czu S. Martine vzwenich der ſtat czu *Erforte* in deme *Brule* bekennen an diſeme vſſin briue allen denen die on ſeen odir horen leſen, datz wir vns vorbunden haben keyn hern Beringe den erber man von *Meldingen* vnde geloben an ſine ſtat deme teygant vnd deme ſcolemeyſtere tommherre zv vnſir frowen zv Erforte, daz wir mit gutem willen vnd bi vnſir ſamwizickeyt vnd bi vnſir ſele begeyn ſulen vnd wollen den abent und den tag der helien juncfrowen S. Barbaram gelich eynis zwelfboten tage mit meſſen vnd mit gebete vnd vnſe gemonte mit inikeyt czv Gote heren vnd ſulen beten vor den egenanten Beringer von Meldingen vnd vor alle ſine altwetere daz ſich Got obir ir ſele irbarmme vnd to ſe teylhaftich der werdicheyt der heilien juncfrowen S. Barbaran de ſe vordynet hat mit er martere.... Da diſe brif ſtete vnde gans deme egenanten Beringer werde gehalden des gebe wir Henrich probiſt vnd vnſe kouent diſen brif beingeſegelt mit deme ingeſegelen des probiſtis vnd ouch des kouentis. Diſer dingen ſint gezuge her Diterich von *Tophſſtete*, her Heynrich von *Arnſtete* vnſe capelan und Kurat von *Salvelt* vnd andir guter lute genok.

Geſchen vnd gegeben in den jaren to man zalte drizenhundir jar in dem funſtigiſt jare an S. Vitis tage des heylien mertelers.

XXXI.

De rationibus a prepoſitis monaſteriorum exigendis commiſſorium an. 1355.

Gerlacus Dei gratia &c. dilecto nobis in Chriſto Johanni *Ortonis*, proviſori allodii noſtri Erfurdenſis, ſalutem in Domino. Tibi committimus & mandamus, quatenus a ſingulis prepoſitis monaſteriorum ſeu cenobiorum ſanctimonialium per terminos S. Marie, S. Severi Erfurdenſium, Northuſenſis, Dorlanenſis, Jecheburgenſis, Heiligenſtadenſis, Northunenſis prepoſiturarum noſtre diœceſis in terris earundem prepoſiturarum conſtitutorum, aſſumptis tibi ad hoc duabus perſonis eccleſiaſticis vel ſecularibus, predictorum monaſteriorum ſeu cenobiorum ſalutem & profectum zelantibus, vice & auctoritate noſtra de predictorum prepoſitorum amminiſtrationibus ſingulis annis diſtrictam exigas rationem, ita quod poſtea nos perſonaliter vel litteratorie de ipſorum diligenti amminiſtratione plene poſſis informare, faciens quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari, teſtes qui nominati fuerint, ſi ſe gracia odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili compellas

pellas veritati teſtimonium perhiberi preſencium ſub noſtro ſigillo teſtimonio litterarum. Datum &c.

XXXII.

Gerlaci archiep. Mog. commiſſorium jurisdictionis ſuae eccleſ. per Thuringiam d. 12 Oct. 1355.

GERLACUS Dei gratia &c. dilecto nobis in Chriſto Johanni *Ortonis*, proviſori allodii noſtri Erfurdenſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Jurisdictionem noſtram ordinariam eccleſiaſticam per prepoſiturarum S. Marie, S. Severi Erfordenſium, nec non Jechburgenſis & Dorlanenſis terminos, pro ſubditorum noſtrorum commodis & quiete, veſtre diſcretioni circumſpecte, de qua confidenciam gerimus ſpecialem, committimus in his ſcriptis, dantes vobis & cuilibet veſtrum in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, plenam poteſtatem & liberam & ſpeciale mandatum, omnes & ſingulas cauſas ſpirituales eccleſiaſticas, pecuniarias & civiles, inter quoſcunque prelatos, capitula, collegia, conventus & univerſitates ac ſingulares perſonas clericos & laicos quorumcunque ordinum, profeſſionum, dignitatum, conditionis ſive ſtatus exiſtant, preſentes & futuras, cum ſuis ſequelis, dependentiis & connexis, vocatis, evocandis, audiendi, examinandi habito proceſſu ratione previa & ſine debito ſeu canonico, prout ipſarum cauſarum qualitas & natura requirit & poſtulat, decidendi, contradictores & rebelles cenſura eccleſiaſtica compeſcendi, teſtes, qui nominati fuerint, cenſura ſimili cogendi veritati teſtimonium perhibere, ac omnia & ſingula faciendi, exercendi & exequendi, ſine quibus jurisdictio ordinaria explicari non poterit, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Mandantes igitur omnibus & ſingulis prelatis & ſubditis, capitulis, collegiis, conventibus & univerſitatibus, clero, populo ac ſingularibus perſonis clericis & laicis quorumcunque ordinum, profeſſionum, dignitatum, conditionis & ſtatus per terminos ſupradictarum prepoſiturarum conſtitutos, ut ad vos tanquam ad judices noſtros ordinarios recurrant, vobisque tanquam talibus obediant & intendant. Datum *Eltville* IV Idus Octobris anno Domini MCCCLV.

XXXIII.

De repetitione bonorum clericorum inteſtatorum commiſſorium, d. 12 Oct. 1355.

GERLACUS Dei gratia &c. dilecto nobis in Chriſto Johanni *Ortonis*

tonis, proviſori allodii noſtri Erfurdenſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Quanquam bona, res univerſe clericorum per noſtram diœceſin decedentium ab inteſtato ad nos pertineant & pertinere noſcantur, tamen aliqui clericis decedentibus eorum bona occupare & occupata detinere in noſtrum prejudicium & gravamen temerario auſu preſumunt, propter quod tue ſollicitudini, ut bona univerſa quorumcunque clericorum per terminos prepoſiturarum S. Marie, S. Severi Erfurdenſium, nec non Jecheburgenſis & Dorlanenſis eccleſiarum ab inteſtato decedentium a quibuſcunque perſonis, laicis vel clericis, exigere, repetere, extorquere & in noſtros uſus convertenda conſervare valeas, preſentibus concedimus omnimodam facultatem, contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam cohercendo, teſtes vero ad predictum negocium oportunos, ſi ſe gracia odio vel timore ſubtraxerint, per conſimilem cenſuram compellatis perhibere teſtimonium veritati. Datum IV Idus Octobris anno Domini MCCC quinquageſimo quinto.

XXXIV.

De beneficiis & altaribus non confirmatis commiſſorium, an. & die iisdem.

GERLACUS Dei gratia &c. Johanni proviſori allodii noſtri Erfurdenſis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum plura ſint inſtituta beneficia a diverſis patronis & dotata altaria, ut intelleximus, per prepoſituras S. Marie, S. Severi eccleſiarum Erfurdenſium, ac Jechburgenſis, Dorlanenſis, Heiligenſtadenſis & Northunenſis abſque noſtra auctoritate & licentia, nulla eciam a nobis confirmatione impetrata deſuper aut obtenta, & multi clerici talia beneficia occupant ac in ipſis altaribus celebrant in animarum ſuarum periculum & jacturam, tue diſcretioni in his ſcriptis precipimus & mandamus, quatenus auctoritate noſtra omnibus & ſingulis clericis, qui talia beneficia occupant ſeu in talibus altaribus celebrant, vocatis ad tui preſentiam ſuper premiſſis exceſſibus ab eis commiſſis eos pena canonica corripias & caſtiges, & eis ſub pena excommunicationis late ſententie vel alia pena arbitrali, quod tuo judicio committimus, eisdem precipias, ut tales redditus pro beneficiis inſtitutos de cetero non occupent vel detineant ſeu in ipſis altaribus celebrent vel celebrare preſumant abſque noſtra licentia ſpeciali, donec ipſi redditus a nobis pro beneficiis & altaria hujusmodi legitime confirmentur. Datum *Eltvil*, IV Idus Octobris anno Domini MCCCL quinto.

Digitized by Google

XXXV.

Commiſſio per ſex preapoſituras ſuper abſentiis d. 22 Maj. 1356.

Gerlacus Dei gratia &c. dilecto nobis in Chriſto Johanni *Ortonis*, proviſori allodii noſtri Erfurdenſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Eccleſiarum utilitatibus & ſubjectis eorum commodis paſtorali ſolicitudine providere cupientes, ut rectoribus eccleſiarum & beneficiorum eccleſiaſticorum per S. Marie, S. Severi Erfurdenſium, Jechburgenſis, Heiligenſtadenſis, Dorlanenſis & Northunenſis prepoſituras conſiſtentium licentiam abeſſendi a ſuis eccleſiis & beneficiis, & fructus ipſarum eccleſiarum & beneficiorum tempore abſencie hujusmodi percipiendi vice & auctoritate noſtra poſſis dare & concedere ex cauſis rationalibus ad hoc te moventibus, tenore preſencium tibi committimus & damus plenariam poteſtatem, non obſtantibus ſtatutis provincialibus, per nos vel predeceſſores noſtros in contrarium editis quibuſcunque, proviſo nichilominus, quod predicte eccleſie & beneficia tempore abſencie predicte in divinis officiis & ſacramentorum amminiſtratione, hoſpitalibus, juribus papalibus, epiſcopalibus & ſynodalibus obſervandis & aliis omnibus ſibi incumbentibus non fraudentur quovis modo Inſuper tibi committimus per preſentes, quatenus omnes & ſingulos in dictis prepoſituris conſtitutos non reſidentes vel promotos cohercere valeas ad reſidenciam & ad promocionem ordinum ſacrorum auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam... Datum *Eltvil* XI. Kal. Junii anno Domini milleſimo CCCL ſexto.

XXXVI.

Recognitio capituli S. Severi pro incorporatione eccleſiae Biltersleyben, d. 1 Febr. 1357.

Nos Johannes decanus & capitulum eccleſie S. Severi Erfordenſis publice profitemur, quod quia rev. viri dom. noſtri decanus & capitulum eccleſie Mogunt. incorporationi & unioni de parochiali eccleſia in *Biltersleyben* nobis facte per rev. in Chriſto patrem ac dom. noſtrum dom. Gerlacum archiepiſcopum Mogunt. benivole conſenſerunt, in ſignum hujusmodi conſenſus adhibiti duas libras cere ad fabricam dicte Mogunt. eccleſie de eccleſia in Biltersleybin ſupradicta ſingulis annis in die b Martini epiſcopi hyemalis dare promittimus, dantes hanc litteram ſigillo capituli noſtri ad cauſas ſigillatam in teſtimonium ſuper eo. Sub anno Dom. MCCCLVII. Kalend. Februarii.

XXXVII.

Digitized by Google

XXXVII.

Inſtauratio & dotatio vicariarum b. Mariae virg. & S. crucis in monaſterio S. Cyriaci per Fridericum de Ruckersleben, canonicum S. crucis Northuſii d. 17 Sept. 1358.

Wir FREDERICH von *Ruckersleben* ſancmeiſter des helgin Crŭces ztu *Northuſen* bekennen offintlich an diſeme offin briue vnd tun kunt alle den dye en ſehn horn adir leſen, das wir met guten vorbedachtikeit dem erſame Gotishus vf S. *Ciriaciberge* bye *Erforte* vnd hern FRIDERICHE von *Gunſrode* vicario daſelbins vnd allen vicariis dye noch ome an ſyne ſtat geſaſt werden, recht vnd redelichen haben vorkouft zeu der vicarien vnſer vrowen alter dye da gelegin iſt vf deme vorgenannten berge, vnd vorkouſen mit alle deme rechte, alſo wirs vorgekouft hatten: eyn malder korns, eyn halb malder hauern, drye ſcheffel gerſtin, ztwene ſcheffel erweys, ztwene ſcheffel hopphen, ztwene vnd dryſſik kroſſen, ye eylf heller vor den kroſſen, vir hŭnre, eyne gans, eyn lamp, eynen ſchilling ſnetephenige vnd eyn halb malder keſe jerliches zeinſes, vnd ewiger gulde, vmme funſtzen marg lotigis geldis, dye ſie vns nŭtzlichen bezalt haben. Denſelben egenannten zeins den ſullen leyſten vnd geben Herman Hune, Nyclaus ſin bruder vnd alle ir erbin alle jar ierliche vnd ewyclichen zcu ſend Michels tage vf den vorgenannten berg, adir in dye ſtat zcu *Erforte*, wo ſie da hen gewiſen von den vicariis werden von ein huſe arthaſtis landis Fuldiſches gutes, dye da gelegen iſt in dem velde zeu *Qtſtete* bye *Madla*, vnd von alle deme gute das darzcu gehort, ys ſie in dorſe adir in felde. Den vorgenannten ewigen kouf gelaben wir Frederich von Ruckersleben vorgenant zcu werne vnd zcu volzeine mit alleme rechte an allerleige hinderniſſe vnd geuerde von vnſern erben wegen vnd vor allerleyge anſprache dye den ewigen kouſe gehinderen mochte.. Ouch ſal eyn iclich vicarius, dem dye vicarie gelegin wert noch hern Frideriches tode vorgenant, alle jar ierlich gebe fumf ſchillinge phennige deme conuent gemeyne, eynen ſchilling eyme hern dem prabiſte vnd eynen ſchilling dem andern vicario zcu des helgin Cruczes alter zcu der jargezeit hern Frideriches von Gunſrode, der den zeins gemert vnd gekouſt hat eyn teyl mit ſeine eygin gute.. Des ewigen kouſes ſint gezeuge der erbar here er Johans von *Tuterſtad* der prabiſt vf S. Cyriaci berge, egenant here Albrecht von *Tuntdorf* vicarius zeu S. Bartilmeyſwe. Henrich Mŭller der Kellner. vnd Walther der Schultheyſſe vnd vel an-

 der

der gute lute .. Des ewigen koufes zcu eyner ſteten vnd gantzen gewisheit haben wir Friderich von Ruckersleben dyſen offin brief vor inſigelt mit vnſeme inſegel das daran offintlich gehangen iſt .. Noch Gotis geburte drytzenhundert iar in dem achte vnd funfzeegiſten jare an S. Lamprechtis tage dem helgen byſſchofes.

XXXVIII.

Super proviſoria d. 29 Mart. 1358.

Gerlacus Dei gracia &c. dilecto nobis in Chriſto Johanni *Ortonis* proviſori allodii noſtri Erfurdenſis ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam provida tue circumſpectionis ac fidelitatis merita, in quibus nobis circa amminiſtrationem minorum es multipliciter commendatus, noſtram benivolenciam alliciunt pariter & inducunt, quod imparciendo tibi noſtre diſpenſacionis onera majora committamus, ut cum per te talia fideliter & provide gubernantur, exigentibus tuis meritis digne ſtatum conſequi valeas altiorem, hinc eſt quod amminiſtrationem, gubernationem & quamlibet aliam diſpoſitionem noſtri allodii civitatis noſtre Erfurdenſis cum omnibus attinentiis, dependenciis & connexis, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus, plenarie tibi committimus & te proviſorem & gubernatorem legitime dicti allodii preſentibus ordinamus, concedentes & plenam & liberam poteſtatem, cenſus, fructus, redditus, proventus, theolonea, obventiones, jura omnia & ſingula exigendi, colligendi & recipiendi, ac contradictores & rebelles compeſcendi ac puniendi cohercione & pena debitis & condignis. Inſuper tibi mandantes, quatenus dictum allodium ac omnia & ſingula ad ipſum pertinentia taliter gubernando conferas ordines & diſponas, prout utile & expedire videbitur & nobis de hoc ydoneam valeas reddere racionem. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras ſigilli noſtri munimine tibi tradimus communitas. Datum *Eltvill* in die cene Dom. MCCCL octavo.

XXXIX.

Fructuum biennalium commiſſio an. 1358.

Gerlacus Dei gratia S. Moguntine ſedis &c. dilecto nobis in Chriſto Johanni *Ortonis*, proviſori allodii noſtri Erfordenſis &c. ſalutem in Domino ſempiternam, Habentes de veſtra legalitate & circumſpectione fidu-

ſiduciam ſingularem, vobis & cuilibet veſtrum in ſolidum tenore preſencium committimus & mandamus, quatenus vos aut duo veſtrum per SS. Marie virg. & Severi Erfurdenſis, nec non per Jechburgenſis, Dorlanenſis & Northunenſis eccleſiarum & prepoſiturarum terminos fructus byennales omnium & ſingulorum beneficiorum vacancium, nondum nobis perſolutos, & in antea vacaturarum perſolvendos, nec non fructus beneficiorum, quorum rectores defectum ordinum ſuſtinent vel etatis, aut reſidenciam in ipſis non fecerint perſonalem, eorum quoque qui plura beneficia ſe invicem non compacientia ſine diſpenſatione detinent occupata, colligatis, repetatis & recipiatis nomine noſtro in uſus & utilitates noſtre eccleſie legitime convertentes. Volumus inſuper ut clericos & laicos de incontinentia vel adulterio aut matrimonio, ſymoniaca vel uſuraria pravitate, falſitate litterarum, vel de aliis enormibus & gravibus exceſſibus ſeu criminibus publicis diſamatos, corrigatis, detineatis ac detineri faciatis, prout & quociens exceſſus requirunt eorundem, invocato etiam ad hoc, ſi neceſſe fuerit, auxilio brachii ſecularis, contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam legitime compeſcendo, teſtes vero qui nominati fuerint, ſi ſe odio, gratia, timore vel amore ſubtraxerint, cenſura ſimili compellatis perhibere teſtimonium veritati, revocantes procuratores omnes & ſingulos per nos vel quoſcunque alios ad premiſſa conſtitutos, & quidquid per eos fuerit attemptatum decernentes ipſum, prout eſt, irritum & inane. Datum &c.

XL.

Commiſſio per ſex prepoſituras de adminiſtrationibus prepoſitorum utriusque ſexus cognoſcendi, eod. anno.

Gerlacus Dei gratia &c. dilecto nobis in Chriſto Johanni *Ortonis*, proviſori allodii noſtri Erfurdenſis ſalutem in Domino ſempiternam. Ad noſtri pervenit audientiam, quod multi aſſerentes ſe electos in prepoſitos monaſteriorum monialium, nulla confirmatione ſeu licentia a nobis deſuper obtenta, in officio ipſius prepoſiture temere amminiſtrant & de redditibus monaſteriorum, pro quorum prepoſitis ſe gerunt, ordinant pro libito ipſorum & diſponunt. Cum igitur nullus ſe ingerere debeat amminiſtrationi niſi a Deo tamquam Aaron ſit vocatus, tue diſcretioni, de qua confidenciam gerimus pleniorem, tenore preſencium committimus & mandamus, quatenus vocatis omnibus & ſingulis prepoſitis ſanctimonialium ſeu cenobiorum vel conventualium monaſteriorum utriusque ſexus per prepoſituras S. Marie, S. Severi Erfurdenſium

eccleſiarum, nec non Jechburgenſis, Dorlanenſis, Heyligenſtadenſis & Northunenſis noſtre diœc. ad tui preſenciam vice & auctoritate noſtra eis injungas, ut te loco noſtri de titulo amminiſtrationis eorum canonico inſtruant & informent, ac ad tuam inquiſitionem diligentem doceant de eorum titulo, cujus ſub colore miniſtrarunt, & ſi quem canonicum invenis approbando & eosdem in eorum amminiſtrationibus legitime conſervando, ſi autem titulum eorum vel alterius ipſorum minus canonicum aut eosdem negligentes aut bonorum ipſorum monaſterii dilapidatores ſeu diſtractores repereris, ipſos vel ipſum ab amminiſtratione hujus amoveas & repellas, vel alias de eisdem ordines & diſponas, prout ſecundum Deum & juſticiam ac utilitatem monaſterii ipſorum tibi videbitur expedire. Datum &c.

XLI.

Commiſſio per ſex prepoſituras ad correctionem clericorum & laicorum excedentium, eod. an.

Gerlacus Dei gratia &c. dilecto nobis in Chriſto Johanni *Ortonis*, proviſori allodii noſtri Erfurdenſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Impiorum conatibus paſtorali cura & ſollicitudine excitati, prout nobis poſſibile eſt, obviare volentes remediis oportunis; ut igitur vice & auctoritate noſtra clericos qualeſcunque quorumcunque ordinum ac laicos utriusque ſexus cujuſcunque profeſſionis, conditionis ſive ſtatus exiſtant, nobis & judicibus eccleſiaſticis nobis ſubjectis inobedientes, incorrigibiles quomodolibet & rebelles per S. Marie, S. Severi Erfurdenſium, Jecheburgenſis, Dorlanenſis, Heylingſtadenſis & Northunenſis eccleſiarum prepoſiturarum terminos conſtitutos diſtrictione & cenſura condignis & debitis cohercere per te vel per alium capere, carceris cuſtodia & pena mancipare & alias animadvertere in eosdem poſſis & valeas, diſcretioni tue tenore preſencium plenam & liberam concedimus poteſtatem, contradictores & rebelles ac te in premiſſis impedientes per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo, invocato eciam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Datum &c.

XLII.

In eccleſia ſacri Fontis inſtituitur collegium clericorum ſecularium d. 4 Nov. 1361.

In nomine S. & individue Trinitatis Amen. Gerlacus Dei gracia

cia

Digitized by Google

cia &c. univerſis Chriſti fidelibus ſalutem & ſinceram in Domino karitatem. Paſtoralis cura regiminis nobis ab alto credita noſtrum pulſat animum ad hortandum cultum divini nominis, ne torpeſcat, accendere, & torpentem ad Dei gloriam excitare. Sane licet in eccleſia *ſacri Fontis* oppidi Erfordenſis noſtre diœceſis in honorem Dei omnipotentis & precioſi corporis & ſanguinis Domini noſtri Jheſu Chriſti ac ſanctiſſime ſue matris Marie virg. glorioſe non abſque ferventi devocionis fundata fuit intencione & ab olim fuerint ex munifica largicione fidelium, ſicut percepimus, inſtituta octo ſtipendia eccleſiaſtica pro ſuſtentatione congrua totidem miniſtrorum idoneorum exinde vivencium & eidem eccleſie in divinis propter hoc deſervire debencium, facultates & redditus convenientes habencia & prebende communiter nuncupata, proch dolor tamen in ipſa eccleſia tum rectorem, qui ei ſpecialiter intendat, non habeat, nec regimen clericorum ejusdem vix unam miſſam de die dumtaxat, nec illam eandem eciam alta voce & ſollempni, ut deceret, ſed ſub ſilencio & tranſcurſu precipiti & ut plurimum clericis ipſis prorſus abſentibus & ab ejus ſe intereſſencia ſubtrahentibus, nec horas canonicas communiter celebrari, nec alia officia & miniſteria debita & conſueta per ipſos clericos inibi Deo exhiberi contingit, propter quod eccleſia ipſa ſuo debito fraudata obſequio per torporem deteſtabilem inutilium miniſtrorum, popularis, quorum devocio, laudem Dei conſpiciens per aſtrictos ad hoc non curari ſed minui, hoc exemplo pernicioſo proſternitur, ab ipſius eccleſie frequentacione conſueta retrahitur, & ad ipſam, quod eſt gravius, elemoſinarum & oblacionum dexteram . . extendere dedignantur, has, inquam, diſconveniencias nos, in quantum poſſumus, abolere & in melius reformare volentes, & quo magis congrue illud fiat, in ſcrinio noſtri pectoris arbitrantes meminimus a nonnullis aliquociens fide dignis & gravibus perſonis, divini cultus augmentum eccleſie noſtre & noſtrum ac ſucceſſorum noſtrorum honorem zelantibus, pro erectione dicte ſacri Fontis eccleſie in collegiatam eccleſiam nobis eſſe cum inſtancia ſupplicatum, preſertim cum ipſius eccleſie operante bonorum omnium auctore Domino facultates in tantum excreverunt, quod de ipſis devota eciam occurrente comportacione fidelium plures perſone idonee apte pro collegio poterunt collegialiter vivere & congrue ſuſtentari. Quapropter ad inſtituendum in ea collegium ſecularium clericorum ad laudem pariter & honorem, pro quibus ſue fundacionis excepit primordium, inclinati, eandem ſacri Fontis in collegiatam eccleſiam cum inſtitucione octo perſonarum, que jam ſunt & erunt pro tempore cum augmentato eciam, ſi Deus dederit, numero eorundem, quos in ipſo ſuo introitu in ſacerdotali ordine eſſe volumus

con-

Digitized by Google

conſtitutos aut ſaltem ad recipiendum eandem ordinem infra annum habiles & aſtrictos, auctoritate noſtra ordinaria, de conſilio & conſenſu honorabilis RUDOLPHI decani & capituli eccleſie noſtre Mogunt. ac premiſſo cum eis ſuper hoc tractatu debito & ſollempni, ac matura deliberacione préhabita erigendam duximus & erigimus in Dei nomine per preſentes, recipimuſque & recipimus ex nunc in antea memoratam eccleſiam cum ſuis bonis, rebus & juribus univerſis in noſtram & ſucceſſorum noſtrorum & noſtre eccleſie Mogunt. protectionem & tuicionem eciam ſpecialem, ac canonicis & perſonis ejusdem eccleſie, preſentibus & poſteris, eligendi ſibi ex ſuo gremio perſonam idoneam in decanum, preter hanc primam vicem, qua nos de perſona hujusmodi providebimus, per nos & ſucceſſores noſtros pro tempore confirmandum, unum corpus & capitulare collegium in choro & capitulo faciendi, commune ſigillum & plures campanas & cymiterium pro ibidem volentibus ſepeliri habendi, nec non univerſis & ſingulis libertatibus, juribus & conſuetudinibus generalibus aliarum eccleſiarum collegiatarum noſtrarum civitatis & diœceſis, absque contradictione quacumque, gaudendi, utendi, fruendi plenam & liberam dedimus & conceſſimus, damus & concedimus ſub tenore preſencium facultatem, ita ſane quod collacio prebendarum ipſius eccleſie ſacri Fontis, duarum videlicet, quas Conradus olim prepoſitus in *Collede* & Jacobus plebanus in *Vertingesleyben* ad & apud nos & noſtros ſucceſſores pro tempore, & duarum, quas Hermannus Kale & Theodoricus de *Scherrenberg* habent & poſſident de preſenti, & apud honorabilem decanum & capitulum eccleſie S. Marie dicti oppidi Erfordenſis & poſteros eorundem & reliquarum, dum vacaverint pro tempore, ad & apud decanum & capitulum dicte eccleſie ſacri Fontis pertineat, remaneat & conſiſtat, & pro reſtauro nichilominus pleniori prefate eccleſie S. Marie, quatenus ſua intereſt in hac parte, in cujus terminis ipſa eccleſia ſacri Fontis ſita fuiſſe dicitur, exhibendo decernimus, ordinamus & volumus, quod decanus & canonici & perſone ipſius eccleſie ſacri Fontis in ſummis anni feſtivitatibus proceſſioni in dicta eccleſia S. Marie intereſſe ac in morte cujuslibet canonici & prelati ejusdem eccleſie S. Marie vigilias & miſſam pro defunctis ſollempniter & perpetuo dicere teneantur, in aliis autem omnibus & ſingulis & maxime a pretenſa ſubjectione & obediencia, quam prefati decanus & capitulum eccleſie S. Marie in ipſam eccleſiam ſacri Fontis & ejus perſonas ſibi, ut dicitur, vendicabant, easdem eccleſiam & perſonas in totum eximimus & exemptas eſſe dicimus, declaramus & volumus in futurum, ſtatuentes etiam & mandantes, ut feſtum dedicacionis prefate ſacri Fontis eccleſie annuatim in die Dominica poſt feſtum

cor-

corporis Chriſti ſollempniter celebretur, univerſis Chriſti fidelibus utriusque ſexus vere penitentibus & confeſſis ad ipſam eccleſiam ipſa dedicationis die & in ſubſcriptis anni feſtivitatibus, videlicet nativitatis Chriſti, Paſche, aſcenſionis Domini, pentecoſtes, S. Trinitatis, corporis Chriſti, aſſumpcionis, nativitatis, purificacionis & annunciacionis b. Marie virginis, SS. Petri & Pauli apoſtolorum & aliorum apoſtolorum, S. Sebaſtiani martiris, S. Martini . . epiſcoporum ac per octavas feſtorum eorundem devote & cum oracionibus accedentibus, & de bonis ſibi a Deo collatis oblaciones ſeu elemoſinas apud predictam eccleſiam ſacri Fontis in vita vel in morte donantibus vel legantibus, de omnipotentis Dei clemencia ac b. Marie virg. & b. Martini ac omnium ſanctorum confiſi meritis & ſuffrago, quadraginta dies indulgentiarum cum una carena auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine miſericorditer largientes. Ut autem hec noſtra inſtitucio &c. Datum *Aſchaffiuburg* II non. Novembris anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo.

XLIII.

Compoſitio inter Dithericum abbatem S. Petri & incolas Linderbacenſes an. 1361.

Wir DITHERICH von der Gotis gnaden apt des cloſters uf S. Petirs berge zu *Erforte* S. Benedicti ordens gelegin in dem ſtule zu Menze . . . bekennen und tun kunt an diſme uffin briefe alle den, dye on ſyen odir horin leſin . . daz zu *Linderbeche* *) an dem Dynſtage vor S. Jacobi tage, da by geweſt ſint dye erbarn borger zu der vorgenannten ſtat zu Erforte . . . her Ditherich von *Topſtete*, Peter von *Tanrode* unde Volknant von *Gern*, gered und getedingit iſt daz eyn weg ſal ſy *zu der kapeln S. Oſwaldis* zwiſchen deme hues Apeln Wolfis und ſyn erbin, und deme hofe des vorwercks zu Linderbeche, und daz ſullin dye hern von S. Petirs berge bye Vrede Pobe deme vorgenannten hues keyn der ſtat zu Erforte und benedem deme hues Apeln des vorgenannten keyn deme dorf ſal Apele Wolf by vrede und daz daz waszer yn den hof geyt daz ſal her nicht hindern, darumme habit man ome und ſynen erbin gegebyn dryczig ſchillinge pfennynge, und eyne bruckin ſal Apele der vorgenannte machin ab her wil, ane des

*) Modo *Linderbach* vicus in praefectura Moguntina Atzmansdorffenſi, una & dimidia leuca diſtans ab Erfordia.

des wazzer loyſis ſchadin und hinderniſze... Ouch ſal Apele der vorgenannt eyne pfortyn machin ab her wil yn den gang. Dez ſint getzuge der erbar geyſtliche man er Hottirman und die vorgeſchribene elugin luythe dye dabye geweſt ſint. Unde Conrade unſir ſchultheyſe unnd vehl andir geloubhaftigin und fromir luythe. Daz alle dzſe vorgeſchrebine rede und dyng ganz unvorbrüchlichin gehaldin werdin, daz habin wyr dyſin bryef met unſir aptige inſegil dorubir vorſegilt. Gegebin nach Criſti geburthe drietzenhundirt jar in dem eyn und ſechtzygiſtin jare.

XLIV.

Controverſia ſuper eccleſia S. Leonardi Erfordienſi ventilata d. 8 Jun. 1366.

Coram vobis honorabili viro domino BERTOLDO decano S. Marie Yſenac. Magunt. diœc. judice, ut pretenditur, ſub forma ea que de bonis per venerabilem virum dom. DYTMARUM prepoſitum eccleſie S. Marie Erfordenſis ejusdem diœc. impetratis in cauſa, quam idem dom. prepoſitus contra venerabilem patrem dominum abbatem monaſterii S. Petri Erfordenſis ordinis S. Benedicti dicte diœceſis ſuper eccleſia ſeu capella S. Leonardi in *Erfordia* & ea occaſione proſequitur, proſecutus & hactenus & intendit proſequi coram vobis, proteſtor Ego Bertoldus de *Webirſtete*, procurator & procuratorio nomine dicti domini abbatis omnibus viis, jure, cauſa & modis melioribus, quibus poſſit, quod dicta ſeu atteſtationes teſtium per dictum dominum prepoſitum ſeu ex parte ſui in cauſa queſtionis productorum, in quantum pro dicto domino abbate & ſuo monaſterio predicto faciunt, inpugnare per ſubſcripta & contra ea excipere non intendo, ſed ipſa recipio & admitto, in quantum vero contra predictum dominum abbatem & ſuum monaſterium & pro predicto dom. Dytmaro prepoſito facere & ejus intentionem fundare videntur contradicta & atteſtationes hujusmodi, nomine & modis, cauſa & juribus melioribus quibus ſupra excipiendo propono & dico, quod predicti teſtes & eorum dicta ſeu atteſtationes non ſunt admittendi, in nullo dictum relevant producentem, unde ad ipſos ſeu ad ea non eſt aliqualiter advertendum, quia conſiderato modo & forma agendi non fundant nec probant intentionem dom. Dytmari prepoſiti ſupradicti, non enim ſunt dicti teſtes examinati juxta interrogatoria rationabilia & admiſſibilia ex parte dom. abbatis & ſui monaſterii vobis ſeu veſtris commiſſariis in hac parte oblata ſeu data. Item ex eo quod ipſi teſtes non reddunt aptas, ymmo aliqui ex eis nullas reddunt cauſas ſuorum dicto-

rum

rum ſeu teſtimoniorum, quantum quidem ſuper hiis ſint & fuerint requiſiti. Item quia aliqui ex eis non reddunt teſtimonium de facto ſed de jure teſtificari conantur. Item quod deponunt de credulitate & non de ſcientia, & quidam ex eis que deponere conantur de ſcientia, dicunt inſufficienter & inepte, nullam cauſam ſcientie vel ſaltem ineptam aſſignantes. Item quod dicunt & deponunt ex auditu auditus ſeu ex relatione aliorum. Item quod ſunt inter ſe varii diſcordes & ſibi invicem & aliqui ſibi ipſis in dictis ſuis contrarii & obſcuri. Item quia ſunt vacillantes & ſunt ſinguli ſoli & in ſuis teſtimoniis ſingulares, nec duo teſtes reperiuntur concordes ſed penitus diſcordes. Item quia aliqui ex ipſis deponunt extra & ultra intentionem producentis &c. Quare peto nomine quo ſupra, quatenus premiſſis conſideratis & recenſitis ex ipſis veſtrum animum informantes, prefatum dom. abbatem & ſuum monaſterium, nec non fratrem Heinricum de *Geynicz*, monachum profeſſum ejusdem monaſterii, ab impetitione prefati dom. prepoſiti & ſui procuratoris abſolvatis ſententiarum cum condempnatione facienda eidem abbati ſeu etiam procuratori ſuo procuratorio nomine legitima expenſarum premiſſa, ſiquidem propono & peto ad preſens veſtrum, prout & in quantum locum habet, officium implorando ſalvis exceptionibus peremptoriis, ut defenſionibus tam realibus quam perſonalibus dicto dom. meo, ejus monaſterio & etiam ſuo nomine competentibus & competituris, proponendis & probaturis locis & temporibus oportunis exhibitis hiis anno Dom. MCCCLXVI, quinta feria in ſeptimana pentecoſtes, reſpondebitur feria ſecunda poſt octavam Trinitatis.

XLV.

S. Leonardi ſacellum ſeu parochia, eod. an.

JOHANNES prepoſitus eccleſie S. Auguſtini canonicorum regularium Erfordenſ. Maguntine diœceſios & Johannes dictus Toph notarius publicus, commiſſarii ad infra ſcripta ab honorabili viro BERTOLDO, decano eccleſie S. Marie Iſenacenſis, judice unico inter partes ſubſcriptas a ſede apoſtolica deputato, honorabilibus viris & diſcretis S. Marie & S. Severi eccleſiarum Erfordenſium cuſtodibus & vicecuſtodibus, nec non ceteris eccleſiarum parochialium plebanis & viceplebanis per diœceſin Maguntiuenſem conſtitutis ſalutem in Domino, & mandatis noſtris imo verius apoſtolicis firmiter obedire & humiliter. Noueritis nobis auctoritate apoſtolica de conſenſu preſencium, videlicet honorabilis viri dom. DITMARI de *Meckebach*, prepoſiti S. Marie Erfordenſis actoris, ac reli-

religioſorum & diſcretorum virorum dominorum THEODORICI abbatis montis S. Petri Erfordenſis ac Henrici dicti *Goynitz* monachi profeſſi dicti monaſterii, reorum per honorabilem virum Bertoldum decanum Iſenacenſem, judicem principalem unicum, a ſede apoſtolica ſuper quibusdam cauſis que inter partes predictas vertuntur, deputatis injunctum & mandatum, quatenus pro ſecunda dilacione producendorum teſtium pro parte actrice ſecundum preces coram nobis ex parte dom. prepoſiti predicti datas, nec non articulos & intenciones nobis dandas, ſi quos idem actor dare voluerit teſtes, per eundem actorem producendos in loco *Erfordenſ.* predicto citare & citatos recipere,.... alioquin ſine eis procedere poſſemus & deberemus. Quare authoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa vobis & cuilibet veſtrum ſub pœna ab ingreſſu eccleſie . . diſtricte precipiendo mandamus quatenus, prout vobis ſubſunt, perſonas infra ſcriptas que penes vos morantur, videlicet rev. in Chriſto patrem ac honorabiles & diſcretos viros dom. HENRICUM de *Bichelingen* epiſcopum Ipoſen. JOH. *Orthonis* prepoſitum Dorlanen. HERBERTUM prepoſitum S. Severi, HARTHUNGUM decanum S. Marie, JOH. de *Treueri* decanum S. Severi, Theodoricum Margarite ſcolaſt. S. Marie, Rudolfum de *Northuſen* cantorem S. Marie, Albertum de *Eſchenewege* officialem S. Marie, Albertum de *Viſchberg* ſcol. S. Severi, Hermannum de *Frankenhuſen* cantorem ejusdem eccleſie S. Severi, Gerhardum de *Botelſtete*, Johannem de *Eſchenewege*, magiſtrum Lutikonem, Fridericum de *Frankenhuſen*, Rudigerum vom *Hayn*, Theodoricum dictum *Funcke*, canonicos S Marie, Hermannum de *Ichburg*, Conradum de *Tanrode*, Wernherum de *Geylnhuſen*, Bertoldum dictum *Kalwen*, canonicos S. Severi, WICHTONEM olim prepoſitum novi operis, BERINGERUM olim prepoſitum in *Wymar*, HERM. de *Gotha* prepoſitum S. Martini in plurali, dictum de *Kreula* prepoſitum novi operis, Nicolaum dictum *Buterolf* prepoſitum infirmorum, Herm. dictum *Kal*, Chriſtianum de *Northuſen*, canonicos ſacri Fontis, Ulricum de *Phertingesleyben* canonicum regularem, Henricum de *Weberſtete*, Henr. Clementis, Henricum de *Vanre*, Theodorum de *Kaſſele*, Fridericum de *Arnſtete*, Henr. Silberbuch, Henr. de *Wymar*, Johannem de *Gebenſtete*, Johannem de *Monre*, Henr. de *Kaſſele* vicarios S. Marie, Theodoricum de *Ihene*, Guntherum Heningi, Jacobum de *Goſſerſtete*, Orthonem Orthonis, Nicolaum de *Monre*, Eckhardum Reynbotonis, Fridericum vom *Glezſel*, Reynhardum Holtzhey, vicarios S. Severi, Theodoricum dictum Ganz vicarium S. Marie, plebanum eccleſie Mercatorum, plebanum S. Viti, Bertoldum plebanum S. Mathie, Guntherum de *Gamſtete* plebanum S. Georgii, Chriſtianum dictum Zeucker-

munt

Digitized by Google

munt plebanum S. Thome, Gotfridum plebanum S. Gothardi, Johannem dictum Huſtwang, Johannem dictum Lammeſnaſe, Hugonem de *Monre*, Henr. de *Alich*, Henr. & Henr. dictos de *Crutzeberg*, Johannem de *Driſordia* presbyteros, Nicolaum plebanum in *Viſelbeche*, Bertoldum de *Dorla* plebanum in *Witterde*, Th. plebanum in *Rutersdorf*, Johannem Kelner, Johannem de Molhuſen vicarium S. Severi, Johannem plebanum in *Bechflete* dictum Scharphenſteyn, Bertoldum de *Notteleyben* magiſtrum hoſpitalis prope longas Themas, Nicolaum de Molhuſen, Rudolfum Vitzdum, Rudolfum Czigeler, dictum Tophſlete, Rüdigerum Keſſelborn ſeniorem, Johannem de *Vleusberg*, Henr. Hotterman, Johannem de *Sultz*, Bertoldum de *Tiffental*, dictum Tiffengruben ſeniorem, Henr. Apothecarium, Guntherum Crutzeberg, Frider. Zai dictum Glozzele ſeniorem, Conradum Lengifelt dictum Bürbaum inſtitorem, Chriſtianum Kemmer dictum Buchelman, dictum Molberg Seteler, Theodor. Turmer, Albertum Crutzeberg, Nicolaum Lange, Henricum Kolloden, Conradum de Arnſtete fabr. Bertoldum de *Weberſtete*, Theodoricum de *Wymar*, Johannem de *Mila*, Conrad. Kolebrandi, Conradum Wyda, Nicolaum de *Salza*, Henricum de *Iſenach*, Johannem Goldener morantem in curia canonicorum regularium, Johannem Cuſter, & Chriſtianum Tuſthman citetis peremptorie, quos & nos peremptorie citamus per preſentes, ut feria tercia poſt converſionem S. Pauli hora tertiarum compareant coram nobis in ambitu canonicorum regularium Erfordenſium ad perhibendum teſtimonium veritatis in cauſa que vertitur, ſeu verti ſperatur inter partes memoratas, vobis plebano S. Servacii Erfordenſis mandantes ſub pœna preſcripta, quatenus partem ream & ejus procuratorem accedentes & ei intimantes & citantes, ut compareat coram nobis, & teſtes jurare videat, & copiam articulorum recipiat, quorum copiam dubimus, ut interrogatorium det, ſi velit, in feria memorata, alioquin in dicta commiſſione ut predicitur nobis facta, juris termino obſervato procedemus, ipſorum & ipſius abſentia ſeu contumacia non obſtante. Reddetis litteram ſigillis veſtris appenſis ſigillatam in ſignum executionis mandati ſub pœna preſcripta. Datum anno Dom. milleſimo tricenteſimo ſexageſimo ſexto.

XLVI.

Monaſterium S. Martini emit bona in Hocheym d. 3 *Apr.* 1368.

Ich Ditherus von *Tophſtete* burger zcu *Erforthe* bekenne offenlichn an diſſin keyuwerdigem bryue und tun kundt allen luten dy en ſehen

 oder

oder horen leſen, das ich myt wolbedachte mute ewiclichn habe vorkaufft und vorkeufe recht und redelichin zcwene houe, eynen garthen odir garthen und allis darczu gehoret gelegen in veildin und in dorffe zcu *Hockeym*, das ich zu lene habe gehat von den ediln hern und grauen zcu *Glichin*, derſelbin gute eyn beſiczer iſt Heinr. Vyſcher, vnd davon gebit zcwen und zcwenczig ſchillinge Erforth. phennige und achte hunre ierliche und ewicliche off S. Michahel tag, den beſcheidn deme probiſte, der epptiſchin vnd ſammennunge zcu Martyne in dem *Brul* gelegen vſewendig der ſtat *Erforthe* vme fumffczen phunt Erforth. phennige,.... Ouch bekenne ich obgenanter Dither von Tophſtete an diſſin bryfe das ich.. virczen maldir korns und gerſten an hufen und an hofen zcu *Nermisdorff* gelegen, dy en ouch vorerbit ſint von dem ediln heren graven HERMAN *graue zcu Orlamunde*, hern zcu *Wymar*, vnd dry maldir korns an guten gelegen zcu *Schiffelbethe*, dy ſie zcu rechten erbe habin von dem gotishuſe zcu *Musdorff*, myner ſele, mynes ſonis, myner wirthin und alle myner eildirn zcu troſte Gote zcu labe ewiclichin habe gegebin deme obgenanten cloſtir zcu S. Martyne in ſollichir wis das myr dy ſelbe gulde alleyne zcu myme libe dyne und gevalle ſal ane argel und hinderniſſe. Des zcu warine bekentniſſe und eyner ewigen ſichirheit ich dickegenanter von Tophſtete myn inſigill wiſſentlich an diſſn offen bryff gehangen by diſſin dingen geweſt, und ouch geczuge ſint de beſcheidne er Dith. von *Aldendorff*, er Dytmar von *Ameinburg* priſtere, Ebirhart Hunrer, Conrad von *Saluelt* und Johan von *Rechebethe* burger zcu Erforthe, und andir gnug glaubhaſtige lute. Anno Dom. MCCCLXVIII. Datum & actum ſecunda feria proxima, ſcil. in palmis.

XLVII.

Conſenſus plebani eccleſie S. Thomae ad conſtructionem novi operis pro monaſterio ord. Carthuſ. d. 10 Apr. 1372.

Ego Johannes plebanus eccleſie parochialis S. Thome apoſtoli extra muros Erfordenſes Maguntinenſis diœceſis tenore preſencium ad univerſorum, quorum intereſſe poterit, deduco noticiam publice proteſtando, ut diuinus cultus, quem meis cupio in temporibus, non nimium glorioſius amplificetur, hac de cauſa conſencio & admitto, ac eciam meliori modo & forma, quibus fieri poteſt & debet, approbo conſtruccionem & dotacionem noui operis pro monaſterio Carthuſienſis ordinis factam infra limites mee ſupradicte parochie. Igitur abrenuncio pro me

me & omnibus ſucceſſoribus meis, ejusdem parochialis eccleſie plebanis, omni actioni ſeu impeticioni, que mihi & eisdem ſucceſſoribus meis competere poſſent ac deberent de jam dicti noui operis & ſuorum pertinencium nunciacione. In cujus rei teſtimonium do has literas meo ſub ſigillo pendenti ex certo meo ſcitu & bona mea voluntate ſigillatas. Cujus teſtes ſunt honorabiles viri & domini THEODORICUS decanus beate ſemper virginis Marie eccleſie Erffordenſis, Martinus ſcholaſticus eccleſie Dorlarenſis & Gerhardus de *Aldindorff* canonicus predicte eccleſie b. Marie Erffordenſis. Dat. anno Domini MCCCLXXII, Sabbato ante Dominicam qua cantatur Miſericordia Domini.*

XLVIII.

Altare S. Catharinae V. in eccleſia parochiali Hochdorff monaſterio Albarum dominarum incorporatur d. 20 Jun. 1375.

LUDWICUS Dei & apoſtolice, ſedis gracia S. Moguntinenſis ſedis archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam archicancellarius, deuotis nobis in Chriſto dilectis .. prepoſito .. prioriſſe, & conuentui monaſterii Albarum dominarum in *Erford.* noſtre diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Inſtauracionem, donacionem, fundacionem, erectionem altaris S. Katharine virginis, in *eccleſia parochiali Hochdorf* per quendam Hermannum dicte eccleſie vicarium, jurisque patronatus dicti altaris donacionem, translacionem per eundem Hermannum pure & ſimpliciter in quondam Chunradum de *Fuchſtat*, canonicum eccleſie S. Marie Erfordenſis, & de perſona dicti Chunradi in religioſos dominos .. prepoſitum .. prioriſſam .. & conuentum, ac in ipſum monaſterium *Albarum dominarum* factas, auctoritate noſtra ordinaria approbamus, ratificamus & confirmamus, jure preſentandi ex premiſſis cauſſis, dictis .. prepoſito .. prioriſſe & conuentui perpetuis temporibus reſeruato, reſeruamus hac noſtra auctoritate mediante. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras compilari fecimus & ſigilli noſtri appenſione communiri. Datum *Bamberg* anno Dom. milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quinto, feria ſexta infra octauas corporis Chriſti.

XLIX.

Rutgerus ab Idagine (vom Hain) inſtituitur proviſor allodii Erfurdenſis d. 18 Sept. 1381.

ADOLFFUS Dei gratia &c. honorabili RUTGERO &c. ſalutem &c. quo-

Digitized by Google

quoniam provide tue circumſpectionis ac fidelitatis merita in omnibus nobis circa adminiſtrationem negotiorum eccleſie noſtre es multipliciter commendatus, noſtram benivolentiam alliciunt pariter & inducunt, quod impartiendo tibi noſtre diſpenſacionis onera committamus, ut cum parte alia fideliter & provide gubernantur, exigentibus tuis meritis digne ſtatum conſequi valeas altiorem, hinc eſt quod amminiſtrationem, gubernationem & quamlibet aliam diſpenſationem noſtri allodii civitatis noſtre Erffurdenſis cum omnibus continentiis & connexis tam in ſpiritualibus quam in temporalibus plenarie tibi committimus, & te proviſorem, gubernatorem dicti noſtri allodii legitime preſentibus ordinamus, concedentes tibi plenam & liberam poteſtatem cenſus, fructus, redditus, proventus, theolonia, obventiones & jura omnia & ſingula exigendi, colligendi & recipiendi, ac contradictores & rebelles compeſcendi ac puniendi cohercione & pena debitis & condignis. Inſuper tibi mandamus quatenus dictum allodium ac omnia & ſingula ad ipſum pertinentia taliter gubernando conſerves, ordines & diſponas, prout utile & expedire videbitur, & nobis de hoc idoneam valeas reddere rationem. In cujus rei teſtimonium &c. Datum *Erffurdie* feria quarta poſt diem exaltationis S. crucis, anno Domini Milleſimo CCC octuageſimo primo.

L.

Littera commiſſionis ad colligendos biennales & fertones d. 20 Sept. ejusd. anni.

Adolffus Dei gratia S. Maguntine ſedis &c. honorabili Rutgero de *Indagine*, prepoſito eccleſie S. Severi Erfurdenſis, nec non diſcreto Theodorico de *Jaſſa*, plebano eccleſie S. Andree Erfurdenſis noſtre dioeceſis, noſtris devotis dilectis, ſalutem in Domino & diligentiam in commiſſis. Devocioni veſtre committimus & mandamus, quatenus per terminos prepoſiture eccleſie S. Marie Erfurdenſis retardatos fructus biennales omnium & ſingulorum beneficiatorum, qui a tempore proviſionis noſtre hucusque vacarunt, nondum ſolutorum, eorumque bona clericorum, qui inteſtati deceſſerunt, nec non fertones teſtamentorum clericorum, qui ab eo tempore prius enarrato huc usque deceſſerunt, repetatis, colligatis & noſtri nomine recipiatis, rationem quoque a teſtamentariis predictorum clericorum decedentium poſtuletis, de hujusmodi percipiendis quitetis, nobisque computum legalem & expeditum faciatis de eisdem, ſuper quibus vobis concedimus facultatem, mandantes quatenus negligentes in hujusmodi ſolucione per cenſuram eccleſiaſticam

Digitized by Google

cam & cohercionem canonicam ad ſolutionem ſupradictorum auctoritate noſtra ordinaria compellatis harum teſtimonio litterarum. Datum *Gotta* in vigilia Mathei apoſtoli & evangeliſte, anno Domini Milleſimo CCC octuageſimo primo.

LI.

Privilegium univerſitatis Erfordenſis, quod non debeat extra civitatem citari d. 16 Sept. 1381.

Adolffus Dei gratia &c. prudentibus & diſcretis viris, magiſtris, conſulibus, totique univerſitati civitatis Erffurdenſis, fidelibus noſtris dilectis, gratiam & omne bonum. Vobis concedimus & ex cauſis rationabilibus nos ad hoc moventibus preſentibus indulgemus, quod extra civitatem Erfurdenſem trahi per aliquos nobis ſubjectos judices non poſſitis, ſed qui contra vos aut veſtros communiter vel diviſim in jure experiri voluerit, adeat proviſorem allodii noſtri Erfurdenſis, quem in hac parte, & etiam de quo vos & veſtri ſimiliter conqueri volueritis, in judicem deputamus & ei committimus, ut in cauſis illis per ſe vel per alium, ut juſtum fuerit, auctoritate noſtra procedat eccleſiaſticam per cenſuram &c. inhibentes etiam omnibus & ſingulis plebanis capellarum ſeu eccleſiarum rectoribus, nobis ſubjectis, ne aliqua mandata vel litteras contra predictam noſtram conceſſionem quorumcunque nobis ſubjectorum judicum recipiant vel quomodolibet exequantur, nos enim ſi ſecus a quoquam contra has noſtram conceſſionem & inhibitionem attemptatum fuerit, decernimus irritum & inane, preſentibus poſt noſtram revocationem minime valituris. Datum *Erfurdie* feria ſecunda poſt diem exaltationis S. Crucis, anno Domini Milleſimo CCC octuageſimo primo.

LII.

De parochia in Brembach minori litterae proviſoris d. 11 Febr. 1390.

Uniuerſis Chriſti fidelibus has literas ſeu præſens hoc publicum inſtrumentum inſpecturis Rudigerus Wonhayn præpoſitus eccleſiæ S. Severi Erfordenſis Maguntinenſis diœceſis ac proviſor allodii archiepiſcopalis ibidem, judex generalis per terram *Thuringie* ac commiſſarius in renunciationibus & permutationibus a domino noſtro archiepiſcopo Maguntino conſtitutus, notum vobis in ſincera caritate facimus, quod in

noſtri & publici notarii teſtiumque ſubſcriptorum preſentia, loco & die inferius infertis conſtituti fuerunt religioſi viri domini frater Hermannus prior & Siffridus procurator & ſindicus monaſterii eccleſie ſeu domus ordinis Carthuſienſis extra muros oppidi Erfordenſis predicti, ſuo ac domus & totius conventus ejusdem nominibus ex una parte, & diſcretus vir dominus Hermannus Kongerode, rector parochialis eccleſie in *Brambeche* dicte diœceſis ex altera parte, pro quarum parcium, ipſis petentibus, ibidem per honorabilem virum dominum Johannem Ryman, cuſtodem & canonicum eccleſiæ b. Marie Erfurdenſis, fuit prepoſitum, quod cum dudum reverendiſſimus in Chriſto pater dominus PHILIPPUS de *Alenconio*, epiſcopus] Oſtienſis, ſacroſancte Romane eccleſie cardinalis, apoſtolice ſedis legatus, eisdem priori & conventui ac domui parochialem eccleſiam in *Brampeche* antedictam cum omnibus ſuis juribus & pertinenciis, ſeruatis ſeruandis in talibus, ſolemniter & gracioſe uniuerit & annecterit, ita quod cedente vel decedente rectore ipſius eccleſie ſeu alias ipſam eccleſiam quomodolibet dimittente, eisdem priori & conventui de eadem licentia libere diſponendi tribuit, ac vicarium perpetuum ponendi... ſalua congrua porcione aſſignanda per eosdem. Quibus quidem verbis ſic in ſubſtantia prolatis idem dominus Hermannus plebanus pure & ſimpliciter ob honorem & reverentiam S. Salvatoris ceſſit & renunciavit dicte eccleſie parochiali ac poſſeſſioni & omnibus juribus ejusdem, ſponteque conſenſit, & nos auctoritate noſtra ordinaria ſupradicta licentiam eisdem & ſucceſſoribus ſuis dedimus libere, & damus eandem eccleſiam & ejus jura & poſſeſſionem adipiſcendi & diſponendi, ut eſt dictum. Nec per hunc actum volumus quomodolibet ipſis priori & conventui prejudicium generari, ſed potius graciam gracie eorum, quantum poſſumus, accumulari. In cujus rei teſtimonium has literas ſeu inſtrumentum publicum per .. Johannem Nuenborg, notarium publicum fieri fecimus, & ſigilli noſtri appenſione muniri. Datum & actum *Erfordie* in eccleſia b. Marie Erfordenſi predicta juxta altare b. Euſtathii, ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo, indictione XIII & die XI menſis Februarii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini BONIFACII papæ noni anno primo.

LIII.

Capella S. Georgii in Orffall prope Alach incorporatur monaſterio S. Petri Erford. d. 24 Apr. 1398.

JOHANNES Dei gratia S. Maguntinenſis ſedis archiepiſcopus,.... abbati & conventui monaſterii montis S. Petri Erfordenſis. . . .

Cum

Cum igitur, ſicut accepimus, capella S. Georgii martiris ſita prope villam *Alech*, noſtre dioeceſis, cujus collatio, preſentacio & quevis alia diſpoſicio ad nos pleno jure pertinere dinoſcitur, jam ad longa tempora in ſuis redditibus & proventibus propter lites, rixas & guerras patrie exiſtat dimminuta & plurimum deſolata ſic, quod propter neceſſariorum ſubtractionem, que pro unius ſacerdotis dictam capellam regentis ſuſtentatione congrua fuerint deputata, non potuit eadem debitis divinorum officiis frequentari, propter quod eciam Bertoldus *Weberſtet*, ultimus dicte capelle rector, ex hujusmodi neceſſariorum defectu compulſus, non potens ſervire altari, niſi eciam viveret de altari, eandem reſignavit & dimiſit. Ne igitur hec ſancta penitus ad abhominacionem perveniant, de veſtris religioſitatibus firmam in Domino fiduciam obtinentes, ut ad hujusmodi defectuum reſtauracionem, reparacionem & reformacionem pre ceteris fervencius anheletis, vobis eandem capellam cum omnibus ſuis fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obvencionibus, tam reſtantibus quam deſolatis & deſtructis, per vos tamen reſtaurandis, recuperandis & reformandis, vobis & veſtre menſe conventuali tenore preſencium perpetuo annectimus, aggregamus, unimus & incorporamus, itaque dictam capellam gubernare, ejus poſſeſſionem auctoritate propria recipere, intrare & apprehendere & tenere tunc & futuris temporibus valeatis & poſſitis, proviſo pro predicta capella per unum de veſtris conventualibus vel alium presbyterum habilem & idoneum, religioſum vel ſecularem, cui curam ejusdem duxeritis committendam, debitis divinorum officiis decenter frequentetur ac in eisdem nullatenus defraudetur. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Heiligenſtad* feria quarta proxima poſt Dominicam miſericordia Domini, anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo octavo.

LIV.

Johannis archiep. Mog. commiſſorium ad praepoſitum eccleſiae Dorlanenſis ſuper incorporatione parochialis eccleſiae S. Andreae Erford. &c. d. 9 Maj. 1399.

JOHANNES Dei gracia.... honorabili NICOLAO Lubich prepoſito eccleſie Dorlanenſis, devoto noſtro dilecto, ſalutem in Domino ſempiternam. Litteras ſanctiſſimi in Chriſto patris ac dom. noſtri dom. BONIFACII diu. prou. pape noni, ejus vera bulla plumbea cum filis ſericis more Romane curie bullatas, ſanas & integras, non raſas, non can-

Digitized by Google

cellatas, nec viciatas, ſed prorſus omni vicio & ſuſpicione carentes nos cum ea, qua decuit, reuerencia noueris recepiſſe. Quarum tenor ſic incipit: Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.... Sane pro parte dilectorum in Chriſto filiarum abbatiſſe & conuentus monaſterii S. Cyriaci in monte S. Cyriaci ord. S. Benedicti Maguntine dioec. nobis nuper exhibita peticio continebat quod ipſe de facultatibus &c. & ſic finitur. Datum *Rome* ad S. Petrum Idibus Januarii, pontificatus noſtri anno decimo.

Poſt quarum quidem litterarum apoſtolicarum preſentacionem & recepcionem pro parte predictarum religioſarum .... nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatinus vni qui curam parochialis eccleſie S. Andree Erfurdenſis .... nec non aliis perpetuis vicariis S. crucis & SS. Marie & Bartholomei in eccleſia dicti monaſterii ſitorum altarium ſine cura, eisdem abbatiſſe & conuentui unitorum & incorporatorum, vt in dictis litteris apoſtolicis, quas cum preſentibus tibi volumus exhiberi, plenius apparet, per ipſas abbatiſſam & conventum deputandis de fructibus redditibus & proventibus eccleſie & altarium predictorum porciones, de quibus congrue poſſint ſuſtentari, aſſignare & alia in eisdem litteris contenta juxta ipſarum formam & tenorem facere dignaremur. Et quia... prepediti negociis premiſſis intendere non valemus .... diſcrecioni tue, in qua plene confidimus, tenore preſencium committimus & mandamus, conſcienciam tuam in premiſſis nichilominus onerantes, quatinus te de premiſſis per ſummariam informacionem & teſtium idoneorum per te recipiendorum depoſicionem diligenter informes, eorumque dicta & depoſiciones fideliter in ſcripta redigas ſeu redigi facias, ac ea & eas ſic redactas nobis transmittas ſi.., quod eisdem per nos & noſtros in hac parte commiſſarios forſitan deputandos fides merito ſit adhibenda.... In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Forcheim* ſexta feria poſt aſcenſionem Dom. anno Dom. milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono.

LV.

Idem incorporationem eccleſiae parochialis S. Andreae Erfurd. & vicariarum S. Crucis, S. Mariae & S. Bartholom. monaſterio S. Cyriaci factam confirmat d. 28 Sept. 1399.

JOANNES.... Nuper ſanctiſſimus in Chriſto pater & dom. noſter dom. BONIFACIUS div. prov. papa nonus volens.. religioſis abbatiſſe & con-

conventui monaſterii S. Cyriaci... propter defectum facultatum, ſine quibus onera eis pro tempore incumbentia commode ſupportare non poterant, de alicujus ſubuentionis auxilio pro ſupportandis levius oneribus hujusmodi prouidere, parochialem eccleſiam S. Andree Erfordenſis ... nec non S. Crucis, SS. Marie & Bartholomei in eccleſia dicti monaſterii ſita altaria ſine cura cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis prefato monaſterio in perpetuum incorporavit, annexuit & uniuit, volens inter cetera, quod in parochiali eccleſia predicta vnus, qui curam ipſius eccleſie gerere debet, & in ſingulis altaribus hujusmodi ſinguli perpetui vicarii, qui inibi laudabiliter deſervirent in divinis, quibus per nos noſtro proprio nomine non expreſſo, de proventibus parochialis eccleſie & altarium predictorum perpetue porciones aſſignarentur, de quibus poſſint congrue ſuſtentari, epiſcopalia jura ſoluere & alia eis incumbencia onera ſupportare, deputarentur, prout hec & alia in litteris apoſtolicis deſuper confectis & per nos receptis viſis & intellectis plenius continentur &c.

Idcirco auctoritate apoſtolica, qua fungimur in hac parte, perpetuo vicario inſtituendo, ut prefertur, ſingulos proventus (eccleſie paroch. S. Andree) preter quindecim libras denariorum Erffurdenſium prefatis abbatiſſe & conventui per ipſum vicarium ſingulis annis miniſtrandas, vicariis vero altarium predictorum menſam (prepoſiti dicti monaſterii) cum quatuor florenis cuilibet eorum annuatim per dictam abbatiſſam & conventum dandis & realiter tradendis pro eorum congruis porcionibus tenore preſencium in perpetuum aſſignamus, devoto noſtro dilecto perpetuo vicario pro tempore exiſtenti committentes atque mandantes, quatenus de omnibus & ſingulis proventibus & emolumentis, ex dicta eccleſia S. Andree quomodolibet provenientibus, dictis abbatiſſe & conventui ſingulis annis quindecim libras denariorum Erfordenſium porrigi & miniſtrari procuret. Idem eciam perpetuus vicarius & vicarii altarium predictorum dictis portionibus per nos aſſignatis futuris temporibus perpetuo ſint contenti, ſic etiam quod animarum cura in dicta eccleſia S. Andree non negligatur, ac ipſa & altaria predicta debitis diuinorum obſequiis non fraudentur.

In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Eltvil* ipſa Dominica ante feſtum S. Michaelis archangeli, anno Dom. milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono.

LVI.

Ratificatio Joannis praepoſiti Erf rdenſis, collatoris eccleſie S. Thomae, ſuper praeſcripta concordia mon. ord. Carth. & plebani S. Thomae d. 24 Oct. 1400.

Univerſis & ſingulis.... JOHANNES de *Mila* prepoſitus eccleſie S. Marie Erfordenſis Magunt. diœceſis... Cum monaſterium ſeu domus S. Saluatoris extra muros Erfordenſes ordinis Carthuſienſis ſit conſtructum & ſolempniter edificatum infra terminos ſeu limites parochialis eccleſie S. Thome ibidem, cujus parochialis eccleſie jus patrónatus ac collacio, tuicio, ordinacio & diſpoſicio ad prepoſituram noſtram jam dictam atque nos tanquam ad patronum ac ordinarium & judicem immediatum pertinere dinoſcitur, de conſenſu diœceſani ac plebani dicte parochialis eccleſie pro tempore, aſſignato ſufficienti reſtauro eidem, videlicet duorum ſolidorum cum dimidio denariorum warandie Erfordenſis, prout ſuper his per literas, inſtrumenta & alia autentica monimenta ſumus ſufficienter informati. Ne ergo prior & conventus dicti monaſterii pro tempore per plebanum dicte eccleſie b. Thome vel quemcunque alium premiſſorum aliqua occaſione in ſuis devocionibus perturbentur, & ut firmior ſit hujusmodi benedicta plantacio, & quidquid ex ea eſt ſecutum cum omni libertate preſentibus venerabili patri & religioſo viro domino Alphardo priori dicti monaſterii & conventus ac ipſorum nominibus, nec non diſcreto viro domino Giſisberto, plebano moderno predicte eccleſie S. Thome, ejusque nomine pro ſe & ipſorum ac cujuslibet eorum ſucceſſoribus in perpetuum, predicta omnia ſic ſe habere recognoſcentibus ac conſencientibus, humiliter & inſtanter ea per nos confirmari petentibus & ſupplicantibus. Nos igitur Joannes prepoſitus antedictus peticionibus & piis ſupplicacionibus hujusmodi inclinati ac merito annuentes, auctoritate noſtra & dicte prepoſiture, quanto efficacius poſſumus, rata & grata habentes confirmamus,.... Datum & actum *Erfordie* in curia ſeu domo habitacionis noſtre ad rubeam januam nominate, ſub anno Domini M. quadringenteſimo, indictione octava, die viceſima quarta menſis Octobris.... preſentibus venerabilibus & diſcretis viris, dominis Johanne Ryman, decretorum doctore, theſaurario & canonico predicte eccleſie S. Marie Erfordenſis, Johanne Mocke de *Quedelingeborch*, rectore parochialis eccleſie in *Paderborn*, Rudolpho Wederman presbytero Swerinenſis diœceſis, & Johanne Liſardi clerico Spirenſis diœceſis, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

LVII.

Digitized by Google

LVII.

Vicariae altaris S. Mariae virg. in monaſterio montis S. Cyriaci venditio pro 20 florenis praepoſito ibidem facta d. 26 Jan. 1401.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo primo, indictione nona, die vero XXVI menſis Januarii .... in mei notarii publici & teſtium ſubſcriptorum preſencia perſonaliter conſtitutus diſcretus vir dominus Nicolaus Beyger, vicarius vicariatus perpetui vicarie altaris S. Marie virginis, ſiti in monaſterio montis S. Cyriaci extra muros Erford. Mogunt. diœceſeos. Qui quidem dom. Nicolaus ibidem ſponte arrendavit, & commiſit regimen, omnia jura & emolumenta dicti ſui vicariatus, quam diu ipſe vixerit, & irrevocabiliter honorabili viro domino JOHANNI Eſſener, nunc prepoſito monaſterii S. Cyriaci predicti, prepoſiture & monaſterii nomine, pro viginti florenis auri Renenſ. quos idem dictus Nicolaus recognoſcit ſe ab eodem domino prepoſito recepiſſe, & numeraſſe, ipſumque & preſentes pro tempore ac monaſterium de eisdem viginti florenis quitavit, & pactum de ulteriori non petendo fecit, dans eidem prepoſito & ſuis ſucceſſoribus pro tempore plenam poteſtatem percipiendi, relevandi fructus & emolumenta predicti vicariatus, quam diu ipſe dom. Nicolaus vixerit, cum plena poteſtate & libera adminiſtratione, juravitque ſponte idem dom. Nicolaus ad manus mei notarii dictam arrendationem non revocare, nec ipſum vicariatum permutare, cedere vel renunciare.... Acta ſunt hæc *Erfordie* in domo ſeu curia venerabilis viri domini Johannis Ryman decretorum doctoris, thezaurarii & canonici eccleſie S. Marie Erfordenſis, eo preſente, ac diſcretis viris Nicolao Biſtervelt Cuyanicenſis, Nicolao Lindenow Nuemburgenſis diœc. clericis, ac Bertoldo Kranchborn eccleſiaſtico monaſterii predicti, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Johannes Deyn de *Blanckenberg* clericus Magunt. diœceſeos publicus imperiali auctoritate notarius.

LVIII.

Citatio omnium, quorum intereſt, ratione vacantis vicariae in eccleſia S. Cyriaci d. 12 Febr. 1409.

Officialis prepoſiture eccleſie b. Marie Erfordenſis Maguntine diœceſ. plebano S. Martini extra muros Erffordenſes, ceteriſque diuinorum

rum

rum rectoribus requiſitis ſalutem in Domino. Veniens ad nos honorabilis vir dom. Johannes Martinborg, plebanus in *Droſtete*, dicens ſe preſentatum ad vicariam altaris b. Marie virg. & S. Bartholomei apoſtoli ſitam in monaſterio montis S. Cyriaci prope *Erffordiam*, vacantem ad preſens ex obitu quondam dom. Johannis Effener, ultimi rectoris ejusdem, per honorabiles dominas dom. Gutishusin abbatiſſam, Katharinam Leythbergin prioriſſam, totumque conventum ſanctimonialium montis S. Cyriaci ordinis S. Benedicti, ſupplicantes nobis humiliter una cum predicto dom. Johanne, quatenus ad vicariam eandem ipſum inſtituere & inveſtire ſibique regimen ejusdem committere dignaremur. Veruntamen nobis non conſtitit neque conſtat, an alicujus alterius interſit preſentare. Quare vobis & cuilibet veſtrum requiſitis mandamus, quatenus accedatis quo propterea fuerit accedendum, & ipſo die beati Valentini & proxima Dominica ſequenti publica in dicto monaſterio S. Cyriaci proponatis proclamacionum edicta, citantesque omnes & ſingulos ſua intereſſe putantes, ut feria quinta proxima poſt Dominicam Eſto mihi compareant coram nobis, dicturi, allegaturi & propoſituri quicquid contra preſentacionem nobis de perſona dicti dom. Johannis factam dicere, proponere vel allegare voluerint verbo vel in ſcripto.. Datum anno Dom. milleſimo CCCCIX pridie Idus menſis Februarii.

LIX.

Praeſentatio ad eccleſiam parochialem in Ollendorff una cum diſpoſicione futuri exercitii juris patronatus d. 1 Apr. 1416.

Nos Gotſchalcus, Theodoricus & Heinricus fratres, nec non Rudolphus ac Siffridus Zigeler, dictorum fratrum tutores ſeu curatores, ac Hermannus, Heinricus & Johannes Hutteneri, ſimiliter fratres, cives oppidi Erffordenſis, preſentibus publice fatemur & ad omnium quorum intereſt vel intereſſe dinoſcitur futuris temporibus, deducimus notitiam, quod rever. in Chriſto pater dominus Hartungus abbas, Hermannus prior, totusque conventus monaſterii montis S. Petri Erfordenſis ordinis S. Benedicti ex alternacione temporali, pro iſta vice duntaxat facta, de preſenti ad eccleſiam S. Petri in *Olndorff* vacantem ex morte domini Heinrici de *Rodenberg*, ultimi rectoris ejusdem, cujus jus patronatus ad nos fratres predictos & heredes noſtros pro dimidia, ac dominum abbatem, priorem & monaſterium pro alia dimidia ſpectare dinoſcitur pleno jure, una nobiſcum diſcretum virum dom. Johannem Roub presbyterum preſentarunt, & ob id voluntarie, quando proxime eandem

vaca-

vacare contigerit, ad ipſam clericum idoneum ob preces predictorum abbatis, prioris & conventus una cum ipſis preſentare volumus, & nos & heredes noſtros pro iſta vice obligamus, qua preſentatione futura ſic immediate ſequente peracta & effectum debitum conſecuta nos Hartungus Dei & apoſtolice ſedis gracia abbas, Hermannus prior & totus conventus monaſterii montis S. Petri predicti nos & ſucceſſores noſtros ſimiliter obligamus, quod dum dictis fratribus vel eorum heredibus virum idoneum preſentabimus & preſentatione tali eciam effectum, ut ſupra dictum eſt, conſecuta, alternatis vicibus ſimul ad mutuam peticionem ordine predicto perpetuis temporibus preſentabimus & ad hoc nos mutuo & ſucceſſores noſtros & heredes obligamus. In quorum evidens teſtimonium ſigillum abbatie noſtre cum ſigillo conventus predicti, necnon ſigillo Gotſchalci Hartungi, pro ſe ac fratribus ſuis, ac Rudolphi tutoris ſeu curatoris pro ſe ac contutoribus ſeu concuratoribus ſuis, atque ſigillum Hermanni Huttener ſimiliter pro ſe & fratribus ſuis ſunt appenſa. Datum & actum anno Domini MCCCCXVI feria IV poſt Dominicam *Letare* in eſtuario magno curie habitacionis domini abbatis ſepedicti, preſentibus honorabilibus viris domino HEINRICO Hofoman, decano Northuſenſi, Hermanno Schnidelaub ſcolaſtico, ac Johanne Lupi cantore eccleſie b. Marie Erfordenſis nec non Hugone Brunonis, Joanne Salvelt, civibus oppidi Erfordenſis, & quam pluribus aliis, clericis & laicis fide dignis ad premiſſa vocatis & rogatis. *)

LX.

Commiſſio vicarii generalis pro Henrico epiſcopo Adrimitanenſi per terminos Haſſiae, Saxoniae, Weſtphaliae, Thuringiae &c. d. 31 Jul. 1424.

Reverendiſſime in Chriſto pater & domine colendiſſime! humillima recommendatione præmiſſa, licet in omnibus, quæ nobis hactenus in favorem reverendiſſimæ paternitatis veſtræ tam per ſanctiſſimum dominum noſtrum papam, quam ſanctitatis ſuæ oratores mandata ſunt, plenarie obediverimus, nec ſuperſit, quantum nobis apparet, quod per nos agendum reſtet, in vim ſaltem illorum mandatorum, quæ ad nos pervenerunt, vaga tamen relatio ad nos perduxit, reverendum patrem dictum Petrum Feruci . . . ex oratoribus prædictis, quem pridem per inſtrumentum publicum de paritione noſtra certificavimus, publice dixiſſe, quod niſi aliter ſibi de reali paritione noſtra conſtiterit, ad declarationem pœnarum &c. contra nos procedere intendunt, ideoque pro abundantiori cautela ſub ſigillis amborum capitulorum beatæ Mariæ & S.

Digitized by Google

S. Severi Erffortenſium eccleſiarum mittimus ad eundem oratorem de & ſuper reali & effectuali noſtra paritione teſtimoniales litteras, quas etiam per ſyndicum noſtrum reverendiſſimæ paternitati veſtræ ad videndum & audiendum, ſi placuerit, exhiberi atque oſtendi, aliaque noſtra ex parte referre & fieri mandavimus, cui veluti nobis fidem creditivam adhibere, nosque favoribus & gratiis opportunis ex innata veſtra clementia benigne proſequi, ac apud præfatum oratorem ſcriptis veſtris, ſi opportunum fuerit, excuſatos habere dignemini, humillima precum cum inſtantia ſupplicamus, offerentes nos ob hæc promptos ſemper & paratos ad quæque beneplacita & mandata ejusdem reverendiſſimæ paternitatis veſtræ, quam altiſſimus cum proſperitate incolumem conſervet ævo longiori. Datum *Erffordia* die penultima menſis Novembris anno &c. LX ſecundo.

Reverendiſſimæ paternitatis veſtræ

Humiles capellani decani & capitula b. Mariæ & S. Severi eccleſiarum totusque clerus Erffortenſis.

Reverendiſſimo in Chriſto patri & domino noſtro domino Adolpho Dei & apoſtolica ſedis gratia electo & confirmato in archiepiſcopum Moguntinenſem, ſacri Romani imperii per Germaniam archicancellario & principi electori digniſſimo, patri & domino noſtro colendiſſimo.

Adolphus Dei gratia &c. almæ quoque univerſitatis ſtudii oppidi noſtri Erffortenſis cancellarius, honorabili Hunoldo de *Plettenberg*, medicinæ doctori, canonico eccleſiæ beatæ Mariæ oppidi noſtri Erffortenſis, devoto nobis in Chriſto dilecto, ſalutem in Domino & in commiſſa curam & diligentias ſolitas adhibere. Licet nos ad officium cancellariæ univerſitatis prædictæ auctoritate apoſtolica ſumus deputati, itaque hujusmodi deputationis vigore in quibuſcunque litterarum facultatibus in theologia, in jure canonico & civili, in medicina & philoſophia examinatis, admiſſis, approbatis & nobis per doctores & magiſtros univerſitatis memoratæ ad hoc deputatis præſentatis, ut ad magiſterii ſive doctoratus honorem valeant promoveri, licentiam dare, gradus & inſignia conferre habemus, multis tamen & diverſis eccleſiæ noſtræ Moguntinenſis arduis negotiis frequentius præpediti, propter quæ præmiſſorum executioni intereſſe ac eisdem perſonaliter intendere non poſſumus, idcirco de tua maturitate & circumſpectione plurimum confiſi, tibi in hujusmodi noſtræ deputationis negotio vices noſtras tenore præſentium committimus, injungentes, quantum in nobis eſt, quatenus auctoritate nobis in hac parte delegata omnes & ſingulos magiſtrandos, licentiandos & doctorandos ſic, ut præmittitur, examinatos, admiſſos, approbatos & tibi præſentatos in ſingulis litterarum facultatibus licen-

licencies, inſignia & gradus conferas, & ſingula alia ad hujusmodi officium ſpectantia cum ſolennitatibus debitis & conſuetis perficias & fideliter exequaris, quæ nos, ſi perſonaliter intereſſemus, facere poſſemus, præſentium ſub noſtri ſigilli appenſionis teſtimonio litterarum. Datum in civitate noſtra Moguntinenſi, XXI. die menſis Decembris anno &c. LX ſecundo.

LXXIV.

Adolphus archiep. fundationem & dotationem ſacelli novi, nec non altare in eodem in ambitu eccleſiae b. Mariae virg. oppidi Erffortenſis confirmat d. 7 Dec. 1462.

Adolphus Dei gratia &c. Hinc eſt, quod nos inſtaurationem, fundationem & dotationem capellæ novæ, nec non altare in eadem in ambitu eccleſiæ b. Mariæ virg. oppidi noſtri Erffortenſis noſtræ diœceſis, & in honorem ipſius b. Mariæ, SS. Joannis evangeliſtæ & Andreæ apoſtolorum, Antonii confeſſoris, Catharinæ, Gertrudis & Barbaræ virginum conſecratum, per honorabiles devotos noſtros, teſtamentarios quondam Henrici de *Gerpſtede*, ejusdem eccleſiæ, dum vixit, præpoſiti, decenter conſtructorum, pro ſeptem perſonarum hujusmodi capellæ & altaris deſervientium congrua ſuſtentatione pure propter Deum in remiſſionem peccaminum ipſius teſtatoris, juxta & ſecundum diſpoſitionem & ordinationem ultimæ ſuæ voluntatis, ſufficienter dotatorum, prout in litteris dotationis hujusmodi id plenius continetur, dummodo ſine præjudicio cujuscunque alieni juris factæ ſint, easque ratas & gratas habentes ex certa ſcientia & authoritate noſtra ordinaria præſentis noſtri ſcripti patrocinio in Dei nomine confirmamus, bonaque in prædictæ dotationis litteris deſcripta eccleſiaſticæ aſſerimus libertati, jus vero præſentandi ſive patronatus dictæ capellæ ſive capellariorum, dum ipſam vacare, aut hujusmodi capellarios cedere vel decedere contigerit, illi vel illis, ad quos id ex inſtauratione pertinere dinoſcitur, reſervamus, eo ſalvo, quod reditus ſive diſtributiones, ſingulaque emolumenta pro una perſonarum, ſi qua ab ipſius aut ceſſione aut diſceſſu ſive morte defuerit, vel cum eam proximo deeſſe quavis ex cauſa contigerit, pro ſuccentore chori dictæ eccleſiæ beatæ Mariæ, etiam ſi actu ſacerdos ut cœteri capellani non exiſtat, dummodo tamen miſſarum celebrationem per alium cæteraque incumbentia præſcriptim explere ſatagat, appropriamus & eidem ſuccentoriæ pro ſuſtentatione ſuccentoris

ris unimus & incorporamus, aucthoritatem collatoribus ad dictum ſuccentorem removendi & alteri in ejus locum deputato de his providendi plenarie reſervamus, harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datæ in civitate noſtra Moguntinenſi die Martis VII menſis Decembris anno &c. LX ſecundo.

LXXV.

Fundatio miſſae dominicalis privatae d. 29 Jul. 1464.

Wir Conradus Bolnhuſen probeſt, Elisabeth Marggraven eptiſche, Katharina Reynboten prioriſche, Gutte Ordorffen ſangmeyſtern, Wunna Vounne cuſteryn, und die ganze ſammenunge des jungfrauwen cloſters S. Mertins yn dem *Brule* zcu *Erffurt*, S. Bernharts ordens, Mentzer biſchtum, Claus Wenderod, Hans Sebergk, alterlute derſelben S. Martins kirchen, bekennen yn dieſen uffen brieffe und thun kunt allen den die on ſehen, hören oder leſen, daz der erſame man Peter Treſſlich burger zcu *Erffort* zcu loben und zcu eren dem allmechtigen Gote, Marien der reynen jungfrauwen, ſyner lieben muter, und allen Gotes heyligen mit willen und wiſſen ſiner erben und erbnemen gegeben und beſcheyden hat als hiernach geſchreben ſtett, zcu eyner ewigen meſſe, die man leſen und haltin ſal yn der genanten S. Martins kirchen alle Suntage des morgens fru, alſo balde als man das crucze getragen hat umme die kirche uff S. Johans altar, und ſal dieſelbe meſſe gehaltin werde von der genanten unſer lieben frauwen, es were denne daz andere groſſe feſte, dye eygen ampt hetten, nach ordenunge der heyligen kryſtlichin kyrchen uff den Suntag gwemen, ſo mag der priſter von den ſelbigen feſten die meſſe halten und doch eyne collecten von unſer lieben frauwen yn legen zcu troſte und hulffe des genanten Peters und auch frauwen Gutte ſeligen, ſyner husfrauwen nehſt vorſcheyden, und aller orer beyder eldern und frunde, auch gemeynlich allen gloubigen ſelen. Zu dem erſten hat er uns gegeben und beſcheyden zwolff ſchog Miſſener groſchen, darvonne wir kouffen ſollen und wollen eyn ſchog ierliches zinſes derſelbigen groſchen, daz denne halb der genanten ſamenunge der jungfrauwen yn dem cloſtere, und halb den alterluten der genanten kirchen, die zu geczyten ſint, zcu notdorfft der kirchen gevallen ſal ewiglichin, die wir denne gancz von ome enphangen und uffgenommen haben, und daromme vorwilliget und unſern ganczen willen und gunſt vor uns und alle unſere nachkommen ewiglichin darzcu gegeben haben und geben in crafft dieſes brieffes,

ſes, daz man ſoliche meſſe moge yn der genanten unſer kirchen zcu der genanten zyt uſſenberlichin halten und wollen auch darzcu deme prieſtere an delagen meſſe gewant kelch buch und was ſuſt nott zcu der meſſe es. Item hat der genante Peter beſcheiden und laſſen oberantworten den alterluten der genanten kirchen nuntzigk ſchog Miſſene groſchen, darumme ſye denne kouffen ſollen und wollen ſechs ſchogk zinſes ierlicher rente der genanten groſchen, und dieſelbigen ſechs ſchogk ierliches zinſes deme prieſter, deme ſulche meſſe ſyne lebetage durch die alterlute zcugeſaget odder gelegen wirt und die heltet odder halden leſet, ierlichin obergeben &c. Und des zcu waren bekenteniſſe habin wir probeſt und ſammenunge des obgenanten cloſters unſer ingeſegelle, der wir andern vorgenanten hyr zcu mede gebruchen, an dieſen uffen brieff wiſſentlichin laſen hengen. Der gegeben iſt nach Criſti geburt thuſent vierhundert, darnach yn deme vier und ſechzigiſten jare, uff Suntag nehſt nach S. Jacobs tag des heyligen apoſtels.

LXXVI.

Confirmatio & proclamatio ratione vicariae ſeu altaris S. Nicolai in eccleſia S. Martini, & ejus permutationis approbatio d. 5 Maj. 1468.

Henricus comes in *Schwartzpurgk*, canonicus eccleſie maioris Maguntinenſis, prouiſor curie archiepiſcopalis Erffurdenſis, commiſſarius ad infra ſcripta a reverendiſſimo in Chriſto patre & domino noſtro dom. Adolffo S. Maguntinenſis ſedis archiepiſcopo, cum iſta clauſula, quatenus per ſe vel alium ſeu alios &c. ſpecialiter deputatus, univerſis & ſingulis dominis plebanis, viceplebanis, clericis, notariis & tabellionibus publicis quibuscunque in *Erffurd* ac alias ubilibet ſub noſtra dicione conſtitutis ſalutem in Domino. Noveritis quod pridem honorabiles viri domini Petrus Kertzenmecher, altaris S. Nicolai ſiti in monaſterio ſanctimonialium S. Martini extra muros Erffordenſes ex una, & Nicolaus Schwartzpurgk altaris b. Marie virg. SS. Nicolai, Adelarii & Eliſabeth, ſiti in parochiali eccleſia ville *Czymmern* prope & aput montem vulgariter *Eytirſpurgk* nuncupatum, ex altera partibus, rectores volentes jam dicta ſua beneficia ad invicem permutare, a nobis certas proclamacionum literas in talibus fieri ſolitas obtinuerunt, quarum vigore omnes & ſingulos ſua in premiſſis intereſſe habere putantes ad comparendum coram nobis aut venerabili viro domino Johanne Roder, de-

cretorum doctore, ſigillifero dicte curie archiepiſcopalis Erffurdenſis, noſtro in hac parte a nobis generaliter ſurrogato, in eadem curia ad dicendum & opponendum quidquid verbo aut in ſcriptis contra eandem permutacionem dicere vel opponere vellent, in certum peremptorium terminum, videlicet diem & horam infraſcriptas rite citavimus & evocari fecimus. In quo quidem termino predictus dom. Nicolaus Schwartzpurgk principalis, & diſcretus Joh. Koburgk procurator & eo nomine dicti domini Petri Kertzenmecher, de cujus procuracionis mandato liquide conſtabat, coram dicto domino Johanne ſurrogato comparuerunt, literisque proclamacionum hujusmodi debite execútis.. omnium & ſingulorum citatorum non comparencium neque quitquam verbo vel in ſcriptis contra permutacionem predictam dicere ſive opponere curancium contumaciam accuſarunt, & in eorum contumaciam ad permutacionem hujusmodi procedi, ſeque de dictis beneficiis per prefatum noſtrum ſurrogatum transponi inſtanter pecierunt, dictusque ex tunc noſter ſurrogatus &c. ad permutacionem infraſcriptam procedendum fore auctoritate nobis commiſſa & ſibi per nos in hac parte ſubdelegata decreuit &c. Et nos quantum opus fuerit, ipſos in & ad eadem beneficia inveſtimus, inſtituimus eisque providemus de eisdem preſencium ſub tenore. Idcirco &c. Datum & actum *Erffurd* in curia archiepiſcopali ſupradicta mane hora cauſarum conſueta, ſub anno dom. milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo, die quinta menſis Maji, preſentibus ibidem honorabili & diſcretis viris domino Conrado Stolle presbitero, Henrico Wernheri & Nicolao Carpentarii, venerabilium dominorum judicum generalium per *Thuringiam* conſtitutorum curſoribus, teſtibus ad premiſſa vocatis & rogatis.

LXXVII.

Extractus documentorum abbatiae S. Petri Erford. qualiter abbates ad parochiam in Hochſted praeſentaverint & praeſentati fuerint inveſtiti.

An. MCCCCLXVIII JOANNES abbas S. Petri præſentavit præpoſito b. Mariæ virg. Joannem Keſsler ad eccleſiam parochialem in *Hogſted*, ex reſignatione Joannis Trefflich vacantem. Officialis dictæ præpoſituræ plebanis in *Linderbech* & *Atzmansdorff* in commiſſis dedit, ut neo-præſentatum in poſſeſſionem realem & actualem inducant.

An. MCCCCLXX GUNTHERUS abbas præſentavit Eckardum de *Borſa*

Digitized by Google

Borſa ad eccleſiam parochialem in *Hogſted*, vacantem ex reſignatione Joannis Keſſler.

An. MDVIII officialis præpoſituræ b. Mariæ virg. commiſit plebanis ſibi ſubjectis, ut Hedericum Dorfeyſſen per Joannem abbatem præſentatum ad parochiam in *Hogſted*, ex reſignatione Nicolai Doleatoris vacantem, ducant in poſſeſſionem actualem dictæ parochiæ.

An. MDX Joannes abbas præſentavit ad eccleſiam parochialem S. Pancratii in *Hogſtede*, vacantem ex reſignacione Heyderici Dornſeiff, Gerhardum Spinler, qui prævia impoſitione bireti ad actualem poſſeſſionem inductus eſt per officialem præpoſituræ b. Mariæ virg.

LXXVIII.

Vicaria b. Mariae virg. in eccleſia Albarum Dominarum Erford. fundata confirmatur d. 1 Jun. 1473.

Hennricus comes in *Swartzburg*, canonicus eccleſie Maguntinenſis, proviſor curie archiepiſcopalis Erffordenſis, commiſſarius ad infraſcripta a reverendiſſimo in Chriſto patre & domino noſtro domino Adolffo S. Maguntine ſedis archiepiſcopo ſpecialiter deputatus, univerſis & ſingulis, ad quos preſentes noſtre littere pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum itaque honeſta domina Anna Reynſteins, oppidana Erffurdenſis, pro divini cultus augmentacione pie devotionis zelo mota, ad Dei omnipotentis ejusdem precelſe glorioſiſſime genitricis ſemper virginis Marie . . laudem & patrocinium, quandam perpetuam vicariam ad altare b. Marie virg. in cenobio ſanctimonialium Albarum dominarum Erfordenſium ſitum, certis annuis redditibus & poſſeſſionibus pro ſuſtentacione vicarii pro tempore exiſtentis dotatum, ſic quod idem vicarius pro tempore ad unam miſſam ſeptimanatim decantandam obnoxius ſit & aſtrictus . . . inſtauravit, fundavit, dotavit & erexit, prout in litteris fundacionis & erectionis deſuper confectis & ſigillatis lacius exiſtit contueri. Unde nos pio dicte fundatricis affectu occurentes inſtauracionem, fundacionem & erectionem hujusmodi ratas & gratas habentes, easdem de novo abſque prejudicio juris alieni . . . . approbamus, collaudamus & confirmamus Dei nomine per preſentes, eximentes vicariam cum omnibus & ſingulis ſuis juribus, pertinenciis, redditibus, obvencionibus & emolumentis ab omni onere & poteſtate ſeculari. . . . In cujus rei teſtimonium ſigillum venerabilium dominorum executorum ſtatutorum provincialium &c. quoad preſens . . . preſentibus eſt ap-

 pen-

Digitized by Google

penſum. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tercio, die vero Martis prima menſis Junii.

LXXIX.

Ordinatio de rata portione per praepoſitureas Erfordienſem & Jecheburgenſem obſervanda d. 11 Jul. 1478.

DIETHERUS Dei gratia &c. Univerſis & ſingulis, quos preſens tangit ſeu quomodolibet tangere poterit negotium, ſalutem.... Sane pro parte honorabilium nobis in Chriſto devotorum dilectorum archipresbyterorum prepoſiturarum b. Marie glorioſiſſime virg. & S. Severi oppidi noſtri Erffurdenſis, nec non S. Petri oppidi Jechburgenſis eccleſiarum noſtre diœc. ſupplex petitio nobis oblata continebat, quatenus ordinationem infraſcriptam ab eis, pro communi utilitate omnium & ſingulorum beneficiatorum & beneficiorum, prefatis prepoſituris ſubjectarum, rationabiliter factam, auctoritate noſtra ordinaria approbare, ratificare, innovare, de novo concedere, auctorizare & confirmare gratioſius dignaremur; cujus quidem ordinationis tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis:

De fructibus hyemalibus agrorum campeſtrium propriis expenſis cultorum. Circa agros campeſtres & eorum fructus ſeu ſegetes hyemales ſtatuimus, quod beneficiatus, agros ſui beneficii ſeminans ſuis expenſis, temporibus autumpnalibus, ſi teſtatus deceſſerit ante feſtum nativitatis Chriſti anni proxime ſequentis, fideicommiſſarii ſive manufideles ejusdem mortui de fructibus agrorum hujusmodi ſeminatorum nichil percipient, ſed ſucceſſor ejus fructus colligens & ſemina ac agrorum expenſas in arando, cultura & ſtercoriſatione ſive inpinguatione predeceſſoris ſui manufidelibus ſive fideicommiſſariis expedite reſtituet juxta communem ruſticorum & agricultorum extimationem. Quodſi beneficiatus hujusmodi feſtum nativitatis Chriſti, ut prefertur, ſupervixerit & poſtea obierit, quartam partem fructuum annone hujusmodi agrorum ſeminatorum una cum extimatione ſeminis & expenſarum tot agrorum, quot pro reliquis tribus partibus ſucceſſori remanentibus ſervire videntur, ejusdem mortui manufideles a ſucceſſore ſublevabunt, ceteros fructus hyemales ſucceſſor ejus colligere habet & ſublevare, reſtitutis ſeminum & impenſarum culture agrorum, ut prefertur, extimationibus. Si vero beneficiatus feſtum annunciationis b. Marie virg. ſupervixerit & poſt obierit, mediam partem fructuum hujusmodi annone ejus fideicommiſſarii cum ſeminis & impenſarum agrorum, pro medietate fructuum ſucceſſori manente cedentium, deductione & reſtitutione ſublevabunt & tollent, reliquam vero medietatem fructuum ſucceſ-

ceſſor ejus ſublevabit. Si autem ipſe beneficiatus ſupervixerit feſtum S. Urbani & poſtea obierit, ejus fideicommiſſarii tres partes fructuum hujusmodi annone absque ſeminis & impenſarum deductione ſublevabunt, alia quarta parte ſucceſſori ipſius mortui cedente. Quodſi beneficiatus feſtum S. Jacobi ſupervixerit & poſtea obierit, omnes fructus hujusmodi agrorum ſui fideicommiſſarii ſublevabunt. Verum ſi quis beneficiatus agros ſui beneficii colonis pro certa quota fructuum ſibi ſolvenda locaverit, & obierit juxta temporum pretactorum diſtinctionem, ſui manufideles juxta ratam partitionis & partis hujusmodi quote percipient, reſiduis partibus ſucceſſori cedentibus.

De decima in annona hyemali. Porro ſi quis habens decimas in annona hyemali, & ſupervixerit diem nativitatis Chriſti, ejus fideicommiſſarii quartam partem decime hujusmodi ſublevabunt tempore future meſſis. Si autem feſtum cathedre S. Petri ſupervixerit, mediam partem ejus fideicommiſſarii recipient, ſucceſſor reliquam medietatem recipiet. Si vero ſupervixerit diem S. Urbani, ejus fideicommiſſarii tres partes hujusmodi decime tollent, ſucceſſor vero tantum quartam partem habebit. Si autem ſupervixerit feſtum S. Jacobi, totam decimam habebunt ejus fideicommiſſarii.

De fructibus hyemalibus & de agris pro parte colendis. Si quis vero agros ſui beneficii colono pro medietate aut aliqua parte fructuum colendos & cum ſeminibus hyemalibus ſeminandos locaverit, ſtatuimus, ſi idem beneficiatus ante feſtum nativitatis Chriſti obierit, ſucceſſor ejus omnes fructus tollet, deductis tamen ſeminibus per preceſſorem ſuum expoſitis, & fideicommiſſarii defuncti alias nichil habebunt in illis. Si autem ſupervixerit feſtum nativitatis Chriſti, ejus fideicommiſſarii quartam partem fructuum partis, pro qua locati ſunt agri, recipient & ſucceſſor reliquum. Si vero ſupervixerit feſtum cathedre S. Petri, fideicommiſſarii ſui tertiam partem partis, pro qua locati ſunt agri, tollant. Si vero feſtum SS. Philippi & Jacobi ſupervixerit, tunc fideicommiſſarii ejus mediam partem partis, pro qua locati ſunt agri, tollent, ſucceſſor reliquum. Si autem ſupervixerit feſtum S. Jacobi, totam partem partis, pro qua locati ſunt agri, habebunt fideicommiſſarii, ſtraminibus ſucceſſori remanentibus.

De fructibus eſtivalibus agrorum campeſtrium, propriis expenſis cultorum. Circa autem fructus annone eſtivalis ita duximus ſtatuendum, quod ſi quis beneficiatus per ſe vel ſuis expenſis agros campeſtres coluerit, & ſeminaverit, & ante feſtum apoſtolorum Philippi & Jacobi obierit, de fructibus hujusmodi agrorum ſui fideicommiſſarii nichil ſublevabunt, ſed ſucceſſor ejus omnes fructus hujusmodi tollet, reſtitutis

Digitized by Google

tamen ſeminibus & expenſis, per defunctum propterea factis, ſuis fideicommiſſariis; & ſi feſtum SS. Philippi & Jacobi ſupervixerit & poſt hoc obierit, quartam partem fructuum agrorum hujusmodi cum impenſis ſeminum & culture agrorum hujusmodi ſui fideicommiſſarii ſublevabunt juxta dictam ruſticorum extimationem, de fructibus hyemalibus declaratam, reliquis tribus partibus ſucceſſori manentibus. Si autem idem beneficiatus feſtum nativitatis S. Johannis baptiſte ſupervixerit & poſtea obierit, ſui fideicommiſſarii cum reſtitutione eſtimationis impenſarum ſeminis & culture, medietatem hujusmodi fructuum percipient & ſublevabunt, altera medietate ſucceſſori relicta. Quod ſi idem beneficiatus feſtum S. Jacobi apoſtoli ſupervixerit & poſt obierit, ſui fideicommiſſarii absque receptione eſtimacionis ſeminis & culture tres partes fructuum hujusmodi recipient, quarta parte eorundem fructuum ſucceſſori in beneficio relicta. Si vero idem beneficiatus feſtum S. Bartholomei apoſtoli ſupervixerit & poſt obierit, ſui fideicommiſſarii totales fructus eſtivales ſublevabunt. Volumus etiam idem fieri in perceptione fructuum decimarum annone eſtivalis in diviſione partium pro defunctis beneficiatis & ſucceſſoribus eorum juxta tempora, proxime ſupra de annona hyemali diffinita, eo excepto, quod ibidem expenſarum deductiones fieri non habent neque debent.

De fructibus eſtivalibus & de agris pro parte colendis. Si quis beneficiatus agros ſuos locaverit pro aliqua parte cum ſeminibus eſtivalibus ſeminandis, ſi ante feſtum S. Urbani deceſſerit, ejus fideicommiſſarii nichil habebunt in hujusmodi fructibus, exceptis ſeminibus, ſi que defunctus ad ſeminandum expoſuiſſet, ſi ſupervixerit dictum feſtum S. Urbani, ſui fideicommiſſarii quartam partem fructuum habebunt de parte, pro qua locati ſunt agri, ſucceſſor vero reliquum ſublevabit. Si autem ſupervixerit feſtum nativitatis S. Joannis baptiſte fideicommiſſarii defuncti tollent tertiam partem, ut ſupra narratum eſt, ſucceſſor reliquam; poſt Jacobi ſi ſupervixerit, medietatem, ſi autem feſtum S. Bartholomei ſupervixerit, ejus fideicommiſſarii totam partem partis, pro qua locati ſunt agri, habebunt, ſtraminibus ſucceſſori ſemper remanentibus.

De redditibus annalibus. Circa vero cenſus ſeu redditus annales beneficiatorum ita duximus diſponendum: ſi beneficiatus obierit ante feſtum nativitatis Chriſti, ſui fideicommiſſarii in hujusmodi cenſibus nichil habebunt; ſi autem dictum feſtum ſupervixerit, ſui fideicommiſſarii quartam partem hujusmodi cenſuum ſive reddituum ſublevabunt. Quodſi beneficiatus ſupervixerit feſtum SS. Philippi & Jacobi apoſtolorum & poſt deceſſerit, per ſuos fideicommiſſarios habebit medietatem

hujus-

hujusmodi cenſuum, reliqua medietate ſucceſſori ſuo relicta; ſi autem ſupervixerit feſtum S. Jacobi, tres partes hujusmodi cenſuum habebunt ſui fideicommiſſarii, quarta parte ſuo ſucceſſori in beneficio manente. Quodſi beneficiatus feſtum S. Michaelis ſupervixerit, ſui fideicommiſſarii omnes cenſus ſive redditus hujusmodi ſublevabunt.

De cenſibus denariorum, pullorum, aucarum ſeu aliarum rerum in diverſis anni temporibus ſolvendis. Preterea vero ſuper cenſibus aliis annuis in denariis, pullis, aucis, caſeis & aliis rebus exiſtentibus in feſtis S. Martini, SS. Philippi & Jacobi & in carnis privio ac aliis anni partibus debitis, ſi beneficiatus tempus hujusmodi vel aliquot illorum temporum ſublevandorum cenſuum ſupervixerit, & poſt obierit, ſui fideicommiſſarii cenſus hujusmodi transacti temporis ſublevabunt, alioquin ad ſucceſſorem ſuum pertinebunt, tempus autem carniſpriviale volumus hoc caſu in Dominica ſeptuageſime initiari.

De vineis propriis impenſis cultis. Circa fructus vini ſeu vinearum, ſi beneficiatus pro ſuo beneficio vineas habuerit, quas propriis ſuis ſumptibus excolnerit, ita duximus moderandum, videlicet, quodſi beneficiatus vineas hujusmodi putaverit & poſt hujusmodi putationem mortuus fuerit, ſuifideicommiſſarii deductis expenſis per mortuum factis & reſtitutis, de fructibus hujusmodi vinee quartam partem vini ſublevabunt, reliquis tribus partibus ſucceſſori ſuo attributis; ſi vero, poſtquam hujusmodi vinee primo raſtrate & ligoniſate fuerint volgariter *geſneten und gehacket*, & palis alligate vites, & de poſt mortuus fuerit hujusmodi cultor beneficiatus, ex tunc ſui fideicommiſſarii detractis ſive deductis prius ſumptibus & impenſis culture hujusmodi vinee, mediam partem vini talis modi vinee ſublevabunt, reliqua medietate ſucceſſori relicta. Quodſi predictus cultor beneficiatus ulteriores culturas vinee impenderit, videlicet ſuos palmites retraxerit & ſecundo raſtraverit, volgariter *gerűret*, & tunc mortuus fuerit, ſui fideicommiſſarii reſumptis prius impenſis culture hujusmodi de fructibus vinee tres partes de vino provenientes percipient, quarta parte vini ſucceſſori ſuo cedente. Si autem cultor vinee feſtum S. Bartholomei ſupervixerit, ex tunc ſui fideicommiſſarii abſque impenſarum deductione omnes fructus hujusmodi vinee ſublevabunt, & ſic fideicommiſſarii totum vinum ſublevantes ſub expenſis mortui beneficiati vineam talis modi, a qua vinum provenit, propter hyemis frigora ſi opus fuerit ſubterrabunt ſive tegent. Quodſi ſucceſſor majorem partem de hujusmodi vinea ſublevaverit, ipſe ſolus eam ſubterrabit; quodſi equaliter vinum ſublevabitur, per fideicommiſſarios & ſucceſſorem equalibus expenſis utriusque partis hujusmodi vinea ſubterrabitur. Et ſic eciam erit moderandum de humiletis & eorum fructibus, & hiis ſimilibus.

De

Digitized by Google

De decimis vini. In fructibus autem vinee ex decimis provenientibus ſic duximus ſtatuendum, ut ſi quis beneficiatus decimas vini ratione beneficii habuerit ſublevare, ſi ſupervixerit feſtum cathedre S. Petri, quartam partem vini recipient ejus fideicommiſſarii, ſucceſſor reliquas tres partes tollet. Si autem ſupervixerit feſtum nativitatis S. Johannis baptiſte, mediam partem vini ſublevabunt ejus fideicommiſſarii, ſucceſſor reliquam medietatem. Si vero feſtum S. Petri ad vincula ſupervixerit, ejus fideicommiſſarii tres partes decime ſublevabunt, ſucceſſori quarta parte remanente; ſed ſi ſupervixerit feſtum S. Michaelis, tunc ejus fideicommiſſarii totam decimam vini ſublevabunt. Similiter erit de cenſu vini.

De feno & decima feni. De fructibus pratorum videlicet primi & ſecundi beneficiatorum ita decrevimus obſervandum, ut ſi beneficiatus feſtum beatorum apoſtolorum Philippi & Jacobi ſupervixerit, ejus fideicommiſſarii mediam partem feni ſublevabunt, deductis tamen expenſis meſſionis; ſi vero ſupervixerit feſtum apoſtolorum Petri & Pauli, ejus fideicommiſſarii fenum totaliter ſublevabunt. Volumus etiam idem fieri in perceptione fieri decimarum. Verum ſi beneficiatus feſtum nativitatis S. Marie ſupervixerit & poſt obierit, ſecundi naſcentis feni fructus ſui fideicommiſſarii ſnblevabunt, alioquin ad ſucceſſorem ſuum devolventur.

De vaccis pro cenſu locatis. Si vero beneficiatus pro ſuo beneficio & ad ipſum beneficium vaccam unam vel plures pertinentem habuerit, & eam ſeu eas pro cenſu annuo ad certum tempus ſolvendo locaverit, ſi idem beneficiatus tempus hujusmodi conſtitutum pro ſolutione cenſus ſupervixerit, ſui fideicommiſſarii hujusmodi cenſum tollent, alioquin ad ſucceſſorem ejus devolvetur, vaccis ipſis nichilominus apud beneficium & ſucceſſores ſingulos remanentibus.

De cenſibus pro anniverſariis ſeu perpetuis remediis animarum aſſignatis. Porro ſi beneficiatus cenſus aliquos ſeu redditus habuerit annuo, pro remediis ſeu anniverſariis animarum fidelium legatos & comparatos, ſi idem beneficiatus ad univerſa hujusmodi juxta ſtatuta tempora peregerit, cenſus & redditus hujusmodi anniverſariis deputatos ipſe vel ſui fideicommiſſarii poſt ejus mortem ſublevabunt; ſi vero beneficiatus morte preventus aliqua anniverſaria non peregerit, ſucceſſor ejus cenſus ad hoc conſtitutos ſublevabit & anniverſaria non peracta peraget; ſimiliter ſi beneficiatus obierit, redditus anniverſariorum hujusmodi ſublevaverit, anniverſariis minime per eum peractis, ſui fideicommiſſarii ſublevatos redditus per mortuum ſucceſſori ſuo reſtituent, & ipſe hujusmodi anniverſaria peraget.

De

Digitized by Google

De minima decima porcellorum, pullorum & fructuum arborum. Rurſus circa decimas minutas ſic ſervare decrevimus, ut ſi beneficiatus habuerit decimam porcellorum ac gallinarum ſeu pullorum ſublevare, fructus hujusmodi animalium juxta tempora nativitatum eorundem animalium, ſi ſupervixerit, tollet, alioquin ſucceſſor ejus fructus eosdem ſublevabit, fructus autem eſtivales arborum, ſi feſtum b. Marie virg. aſſumptionis ſupervixerit, ipſe vel ſui fideicommiſſarii ſublevabunt, fructus autem arborum duros & hyemales, ſi feſtum S. Michaelis ſupervixerit, ipſe vel ſui fideicommiſſarii ſublevabunt, alioquin ad ſucceſſorem ſuum devolventur.

De decimis aucarum. In decimis autem minutis anſerum ſeu aucarum, ſi beneficiatus feſtum Georgii martyris ſupervixerit, ipſe vel ſui fideicommiſſarii medietatem hujusmodi anſerum vel aucarum habebunt, ſi vero feſtum S. Johannis baptiſte ſupervixerit, totalem hujusmodi decimam ipſe vel ſui fideicommiſſarii ſublevabunt, alioquin ad ſucceſſorem ejus hujusmodi medietas devolvetur.

De decima agnellorum. Si vero beneficiatus decimam agnellorum habuerit ſublevare, & feſtum nativitatis Chriſti ſupervixerit, ipſe vel ſui fideicommiſſarii medietatem hujusmodi decime agnellorum habebunt; ſi vero feſtum purificationis beate Marie virg. ſupervixerit, totam decimam agnellorum ſublevabunt ejus fideicommiſſarii.

De decima lini. Si vero beneficiatus decimam lini habuerit, & feſtum S. Laurentii ſupervixerit, ipſe vel ſui fideicommiſſarii medietatem hujusmodi decime ſublevabunt; ſi vero feſtum S. Bartholomei apoſtoli ſupervixerit, totalem decimam lini habebunt.

De decima raparum & caulium. Si vero beneficiatus decimam raparum & caulium, cujuſcunque generis ſint, ſublevare habuerit, & feſtum S. Bartholomei ſupervixerit, ipſe vel ſui fideicommiſſarii medietatem hujusmodi minute decime habebunt; ſi vero feſtum S. Michaelis ſupervixerit, totam decimam hujusmodi minutam ſublevabunt fideicommiſſarii.

De lignis inſcindendis. Verum ſi beneficiatus habuerit jus inſcindendi ligna ad comburendum in aliqua foreſta incerta quantitate plauſtrorum, ſi ſupervixerit feſtum aſſumptionis b. Marie virg. ipſe vel ſui fideicommiſſarii medietatem hujusmodi lignorum recipient, ſi autem feſtum S. Martini ſupervixerit, omnia hujusmodi plauſtra lignorum ſublevabunt ejus fideicommiſſarii.

De omnibus utenſilibus ad beneficia ſpectantibus. Inſuper ſtatuimus & firmiter obſervari volumus, quod fideicommiſſarii vel heredes beneficiatorum defunctorum curias dotales ſeu domus habitationum, ad bene-

 neſi-

Digitized by Google

neficia eccleſiaſtica decedentium clericorum ſpectantes, in feneſtris ſcribarum aut aliorum commodorum, in ſeris & ſeramentis januarum & valvarum, ceterisque rebus, curiis, domibus & earum commodis quomodolibet confixis & conjunctis, neque etiam torcularibus, inſtrumentis & vaſis ad ea pertinentibus, nec non vaccis ſeu aliis animalibus ad ipſa beneficia perpetuo ſpectantibus, vel etiam quacumque re, ſupellectili cujuſcunque forme aut nominis fuerint, quam beneficiatus premortuus in habitacione beneficiali reperit & ſic reperta uſus fuerit, minime ſpolient vel illas deportent, uſurpent, vel in uſus ſuos convertant, ſed omnia inconvulſa & ſtabiliter, ſicut reperta fuerint, permaneant, alioquin contra hujusmodi fideicommiſſarios & heredes ſubtrahentium, deportantium, uſurpantium vel alienantium juſtitia exigente, prout de jure poterimus, utique procedemus.

De fimo & ſtraminibus. Ceterum volumus & mandamus, quod fimus ſeu ſtercora jumentorum ſive animalium totaliter, & medietas ſtraminum apud decedentes beneficiatos reperta aut relicta apud beneficium & ſucceſſorem decedentis ex integro remaneant.

Nos itaque prefatorum archipresbyterorum & clericorum dictarum prepoſiturarum, anteceſſorumque ſuorum ejusdem eccleſie virtuoſa commendationis inſignia, aliaque probitatis & virtutum merita, quibus perſonam noſtram & ſanctam Moguntinam eccleſiam ſtuduerunt attenta diligentia venerari, clare mentis noſtre oculis intuentes, ipſorumque ſupplicationibus favorabiliter inclinati, preſertim cum ipſi de fonte rationis emanent, eapropter animo deliberato, non per errorem aut improvidentiam, ſed ſano ad hoc noſtrorum accedente conſilio, predictam ordinationem, quantum de jure debemus & poſſumus, approbamus, ratificamus & tenore preſentium in omnibus ſuis articulis, continentiis, tenoribus, ſententiis, punctis & clauſulis, prout ſcripta ſunt, eandemque precipimus & mandamus inviolabiliter obſervari; noſtris tamen & eccleſie noſtre Moguntine majoratibus, juribus, jurisdictionibus & prerogativis ſemper ſalvis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum appenſum eſt. Datum in civitate noſtra Moguntina, undecima die menſis Julii, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo.

LXXX.

Nova proviſio ſuper vicaria altaris S. Katharinae in eccleſia S. Michaëlis Romae impetrata d. 12 Mart. 1480.

ALEXANDER Dei & apoſtolice ſedis gracia epiſcopus . . . . . . ſanctiſſi-

ſanctiſſimi domini noſtri pape referendarius & in Germania cuncta & in quibuſcunque aliis locis, ad que te declinare contigerit, in ſpiritualibus & temporalibus cum plena poteſtate legati de latere nuntius & orator &c. venerabili in Chriſto nobis dilecto officiali prepoſiture eccleſie b. Marie virg. Erffordenſis Maguntine dioec. ſalutem in Domino ſempiternam. Vite ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus dilectus nobis in Chriſto Conradus Schuddefel, presbiter dicte dioec. in artibus magiſter, fide digno commendatur teſtimonio, nos inducunt, ut ſibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita ſiquidem nobis dudum pro parte dicti Conradi petitio continebat, quod lite & cauſa pendentibus in partibus in prima inſtantia coram te inter ipſum Conradum ex una, & quendam Balthaſar Weidinger, etiam in artibus magiſtrum, aſſertum clericum, de & ſuper perpetua vicaria altaris S. Catharine, ſiti in parochiali eccleſia S. Michaelis oppidi Erfordenſis predicti, cujus jus patronatus ſeu preſentandi ad plebanum & altermannos ſeu vitricos dicte parochialis eccleſie, pro tempore exiſtentes, ratione ejusdem eccleſie pertinere conſuevit, & illius occaſione partibus ex altera a nonnullis aſſeritur neutri litigantium predictorum in predicta vicaria ſeu ad eandem jus competere. Nos ſtatum cauſe hujusmodi preſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes ac volentes dicto Conrado premiſſorum meritorum ſuorum intuitu gratiam facere ſpecialem, diſcretioni tue auctoritate legationis noſtre, & qua in hac parte fungimur, per hec ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſuper premiſſis hujusmodi te diligenter ac debite informes, & ſi per diligentem informationem ac debitam & juſtam examinationem tibi conſtiterit, neutri dictorum Conradi & Balthaſar in dicta vicaria ſeu ad eandem quodtibet jus competere, vicariam predictam altaris S. Catharine, cujus fructus redditus & proventus trium marcharum argenti, ſecundum communem exiſtimationem, valorem annuum, ut aſſerit, non excedunt, ſive . . . ſive per obitum quondam Ludolfi de *Lewardia*, ejusdem noviſſimi poſſeſſoris extra Romanam curiam defuncti, aut alio quovis modo . . vacet . . cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem Conrado, prout de jure per te vel in tuum locum ſurrogandum conferas & aſſignes &c. Datum in *Nova civitate* anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo, indictione tertia decima, die vero duodecima menſis Martii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & dom. noſtri dom. SIXTI divina providentia pape quarti anno nono.

LXXXI.

Digitized by Google

LXXXI.

Fundatio commendae vel vicariae corporis Chriſti d. 21 Sept. 1481.

In deme namen der heiligen und ununderſcheyden dryfaldickeit des Vaters unde des Sones und des heiligen Geyſtes Amen. Kunth unde wiſſintliche ſy allen Criſten luten dy dyſſin uſſin brieff ſehin odder horn leſin, das wir Johannes Kottelingk priſter Wyrczburger biſtumbs, vicarius der kirchen S. Severi, Elſe Smedyn, ſyne uſerkorn mutter, Claus Talheym, Elſe ſin eliche wertynne, unde Hans Storlle, Gerdrut ſyn eliche wertynne, burgere zcu *Erffurt* in deme *Brule* unde in der pharre S. Martin daſelbiſt wonhaftig &c. mit volwort, willen vnde vorhenckenis as erbarn hern hern LODEWIGIS Moller probiſtis, auch der wirdigen frauwin MARGARETEN Daupdorffen eptiſchen, und Elſen Lindeman prioren, vnde der ganzen ſammenunge des jungfrauwin cloſters S. Martini grauwes ordens vor *Erffurt*, darczu myt gunſt der erſamen Peter Urbeth und Hans Moller, kzunth alterlute, unde der ganczen gemeyne derſelbien kirchen von nuwens uff geſtifftet gewedemeth unde erhabin habin eyne ewyge almoſen odder comenden in die ere des heiligen werdin lichnam unſers hern Jeſu Chriſti, auch aller engel Gotis unde der liben heiligen unde merterer, Johannis & Pauli, Coſme & Damiani, Valentini & Anthonii, und aller glaubigen ſele, unde habin dyſelbin von unſern eygen gutern beſeſtiget, gegrundet unde myldiglichen begabet mit viertzehin rinſchen guldin ierliches zinſes durch uns gekouſſt an erden unde ſieten nach lute unde inhaylt der kauffbrieffe darvbir gegebin. Die lehinſchafft derſelbin almuſin odder comendin, alſo ufft die ledig wirt, habe ich gnante Johannes Kottelingk dy wile ich lebe und nach mir und nach mynem tode deme eldiſten under mynen zweyen geſchwiſtern, nemelich Hinrich Kotteling zcu *Hymmelshuſin* unde Elſen Borckars zcu *obirn Sula* wonhaftig, dy wile ſy odder er eynes lebin, fryhe und ledigk zcu vorlihen behailden habe vnd alſo behailde in crafft diſſes briffes, unde ſo ich und die gnantin myne broder unde ſweſter alſo vorſcheiden weren, alſo dan unde nicht ehir ſal dy lehinſchaft odder beſelunge der genantin almoſin den alterlutin der kirchin S. Martini obgenanten zcuſtehin on ydermans inſagunge unde widerrede, dyſelbin alsdan die comendin adder almoſin nicht anders vorlihen ſullin dan eynen armen priſter adder eynem der in eyme iare priſter werde, darczu die her auch vorphlichtig ſin ſal bie vorlihunge der gnanten almoſen, ſo doch das dy egenante eptiſche, priorn unde ganze ſammenunge ſal habin dy vorbete kegen dy

mehe

mehe genanten alterlute &c. So bekennen wir Margareta eptiſche unde Elſe priorin vor uns unde unſern covent, unde Lodewicus Moller probiſt, das wir unſers covents unde probiſtie ſigille an diſſin briff gehangin habin. Auch habe ich Johannes Kottelingk obgenant myn eygen ſigil auch hir angehangin, des wir Claus Talheym, unde Hans Storlle hirzu mete gebruchen umt gebrechin willin unſer eygen ſigil. Gegebin nach Chriſti geburt thuſint vierhundirt, in deme eyn unde achzigiſten jare, an deme tage S. Mathei apoſt. & ewangeliſte.

LXXXII.

Litterae ſupplices pro eccleſia S. Nicolai in minori Brampach a parochiali in Voilspurgk ſeparanda d. 16 Jun. 1482.

Reverendo in Chriſto patri ac dom. dom. archiepiſcopo Mogunt. ac univerſis & ſingulis aliis preſentes litteras inſpecturis, viſuris ſeu audituris Otto de *Harres*, prepoſitus eccleſie S. crucis Northuſens. Mogunt. dioec. ſuperioribus noſtris reverentiam & honorem, paribus & inferioribus in Domino ſalutem. Quia villa *minor Brampach*, in qua eccleſia S. Nicolai confeſſoris majoris eccleſie parochialis in *Voilspurgk* filialis conſiſtit, tantum a dicta matrice eccleſia in Voilſpurg diſtare dinoſcitur, quod parochiani maxime guerrarum & hyemalibus temporibus ipſam matricem eccleſiam pro recipiendis, & rector dicte parochialis eccleſie in Voilſpurgk dictam villam Brampach pro miniſtrandis ac celebrandis, & parochiani pro audiendis divinis officiis eccleſiaſticis, & recipiendis ſacramentis adire, commode intereſſe non poſſint, dictaque filialis eccleſia S. Nicolai in decimationibus habeat ſeu habebit & pro preſenti tempore habet duos agros arabiles & unum pratum cum tribus agris & cum oblationibus & cottidianis accidentiis, & parochiani ſub dicta filiali eccleſia degentes velint & intendant hujusmodi proventibus addere, unde rector ſeu ſacerdos congrue valeat ſuſtentari, qua propter eorum ſupplicationibus inclinati, ut rector & ſacerdos per preſens.. filiali eccleſie preficiatur & a prefata matrice eccleſia in Voilſpurg, cujus collatio & diſpoſitio ad nos pleno jure ſpectare dinoſcitur, providus vir dom. Conradus Anzapff, rector dicte matricis eccleſie in Voilſpurg, cui parochiani ſub dicta filiali eccleſia propter hec duodecim ſolidos aſſignaverunt, accedente conſenſu ſeparetur & de cetero proprium habeat ſacerdotem, noſtrum prebuimus & tenore preſentium prebemus aſſenſum, juribus noſtris ſemper ſalvis. Volumus autem jus preſentandi ad dictam eccleſiam S. Nicolai in villa Brampach minori ſic, ut prefertur,

Digitized by Google

in eccleſiam parochialem de novo erectam, nobis & noſtris in prepoſitura dicte eccleſie S. crucis Northuſens. ſucceſſoribus in perpetuum reſervare. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras fieri noſtrique fecimus ſigilli appenſione muniri, ſub anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo, Dominica poſt diem S. Viti martiris.

LXXXIII.

Conſenſus parochi in Voilſperg pro facienda ſeparatione eccleſiae S. Nicolai in Brampach minori d. 24 Jun. 1482.

Ego Conradus Anzapff, presbiter Mogunt. diœc. rector eccleſie S. crucis parochialis & matricis in *Voilſperg*, ac etiam ſue filialis S. Nicolai confeſſoris, in *Brampach minori* ſite, eidem matrici annexe atque unite, debita conſideratione revolvens grave & moleſtum, quin ymo & periculoſum exiſtere, plebanum pro tempore exiſtentem debere matricem & filialem eccleſias ſupratactas debitis divinorum officiis nocturnis pariterque diurnis curare ac populo, circa ambas reſidenti, eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, variis incommodis guerrarum & hiemalibus temporibus occurrentibus idipſum cauſantibus & efficientibus, idcirco ut prefata filialis eccleſia S. Nicolai in Brampach minori ſita, que a ſua primeva fundatione filialis extiterat, ab eadem eccleſia S. crucis matrice ſequeſtretur, dimembretur & in titulum perpetui eccleſiaſtici beneficii erigatur, per preſentis manus mee ſcriptum conſentiendum duxi, & quemadmodum de preſenti conſentio, ratifico & approbo, & ut presbiter circa eandem filialem eccleſiam commodius ſuſtentetur, aſſigno eidem duos agros terre arabilis & tres prati de bonis matricis, tamen in limitibus dicte ville Brampach ſitos, per eundem presbiterum perpetuo utendos & fruendos, nihilominus pro reſtauro matricis eccleſie & in debitum ſubjectionis ſignum parochiani apud dictam filialem eccleſiam reſidentes mihi & meis in prefata matrice eccleſia ſucceſſoribus duodecim ſolidos uſuales futuris temporibus in feſto S. Michaelis perſolvendos aſſignarunt & indilate perſolvere polliciti fuerunt, ſalvis aliis hereditariis cenſibus in eadem villa omnino obvenientibus, in quibus non volo neque intendo matrici eccleſie prefate aliquod prejudicium generare, in cujus rei teſtimonium preſentes litteras ad litteras venerabilis Domini prepoſiti & collatoris appendendas, cum ſigillo meo proprio roboravi. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo, in die S. Johannis baptiſte.

LXXXIV.

Digitized by Google

LXXXIV.

Tranſumptum litterarum inſtaurationis & fundationis perpetuae vicariae SS. Mariae & Catharinae ac Nicolai in parochiali eccleſia S. Laurentii Erfurdenſis d. 24 Oct. 1492.

Bertholdus &c. ad futuram rei memoriam... Litteris quarundam inſtaurationis, fundationis & dotationis perpetuæ vicariæ altaris SS. Mariæ & Catharinæ virginum, ac S. Nicolai epiſcopi, ſiti in parochiali eccleſia S. Laurentii oppidi noſtri Erffortenſis, nuper pro parte Joannis de *Salveld*, fundatoris ſeu patroni ejusdem vicariæ, per nos viſis, eisque circa eorum tenorem perfectis & rationabilibus per nos compertis, ruptura partis ſigilli duntaxat in eisdem inventa, quarum tenor ſequitur in hunc modum: Ludwicus de *Binsforde*, præpoſitus eccleſiæ S. Severi, & proviſor allodii archiepiſcopalis Erffortenſis, commiſſarius ad infra ſcripta a reverendiſſimo in Chriſto patre & domino noſtro dom. Joanne archiepiſcopo Moguntinenſi, ſpecialiter deputatus, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Inſtaurationem, fundationem & dotationem perpetuæ vicariæ altaris conſecrati b. Mariæ virginis & SS. Nicolai epiſcopi & Catharinæ virginis ſiti in parochiali eccleſia S. Laurentii Erffortenſis cum competentibus reditibus pro congrua unius ſacerdotis pro tempore exiſtentis ſuſtentatione, per diſcretum virum Joannem de *Salveld*, oppidanum oppidi Erffortenſis prædicti, ob honorem Dei, beatæ Mariæ virg. ac bb. Petri & Pauli apoſtolorum dotatas, motuque pietatis pro ſuæ animæ ſalute factas, dum tamen ſine præjudicio dictæ parochialis eccleſiæ & rectoris ejusdem, qui pro tempore fuerit, & nunc eſt, & cujuslibet alieni juris injuria factæ ſunt, ratas atque gratas habentes, authoritate ejusdem domini noſtri archiepiſcopi Moguntinenſis, nobis in hac parte tradita, præſentibus in Dei nomine approbamus, & confirmamus, eximentes nihilominus eandem vicariam ac omnia bona ad ipſam ſpectantia, quantum in nobis eſt, duntaxat ab omni exactione cujuslibet ſecularis poteſtatis, jus vero patronatus ſive præſentandi ad dictam vicariam, quociens eam vacare contigerit, reſervamus illi vel illis, cui vel quibus in litteris dotationum deſuper editis id extat reſervatum. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum *Erffordiae* in craſtino feſti Epiphaniæ Dom. anno Dom. milleſimo quadringenteſimo tertio decimo.... Nos vero, quia his potiſſimum, quæ pro divini cultus augmento facere monſtrantur, partes noſtras promptiores libenter accomodamus,

damus, præmentionatas fundationum, inſtaurationum ſeu dotationum litteras per nos, ut præmittitur, viſas, de certa noſtra ſcientia innovamus & tranſumpti fidem habere volumus, mandantes omnibus & ſingulis judicibus noſtris, plebanis divinorum rectoribus & clericis ac laicis, noſtræ ditioni ſubjectis, diſtricte præcipientes, ut requiſiti eas publicent, eisque fidem in judicio & extra plenam accomodent, quibusvis in contrarium facientibus minime obſtantibus. Datæ apud arcem S. Martini in civitate noſtra Moguntina die XXIV menſis Octobris, anno Domini MCCCC nonageſimo ſecundo.

LXXXV.

Confirmacio vicariae corporis Chriſti in eccleſia S. Martini extra muros Erffordenſes d. 7 Febr. 1493.

Simon Volczke, decretorum doctor, cantor & canonicus eccleſie collegiate S. Severi Erffurdenſis, reverendiſſ. in Chriſto patris & dom. noſtri dom. Bertholti, S. Maguntinenſis ſedis archiepiſcopi & ejusdem curie archiepiſcopalis Erffurdenſis ſigillifer, commiſſarius ad infraſcripta generaliter deputatus, univerſis... Cum itaque honorabilis vir dominus Johannes Kottelingk, dicte eccleſie S. Severi Erffurdenſis vicarius perpetuus, ac devoti in Chriſto Eliſabeth Smeden, Nicolaus Talheym, Eliſabeth ejus legitima, & Hans Storle, Gertrudis ejus legitima, incole oppidi Erffurdenſis, de animarum ſuarum ſalute cogitantes ac temporalia in ſpiritualia & tranſitoria in eterna felici comercio commutare cupientes, de bonis ſibi a Domino Deo collatis unam commendam perpetuam in titulum beneficii eccleſiaſtici ſive perpetuam vicariam erigendam ad novum altare, in eccleſia parochiali S. Martini extra & prope muros Erffurdenſes ſitum, in honorem precioſiſſimi corporis Domini noſtri Jheſu Chriſti conſecratum, in laudem & gloriam ejusdem precioſiſſimi corporis Chriſti & omnium ſanctorum, angelorum Dei, ac Johannis & Pauli, Coſme & Damiani martirum, Valentini & Anthonii confeſſorum, & omnium Chriſti fidelium animarum erexerunt, inſtauraverunt & fundaverunt, eamque pro ſuſtentacione poſſeſſoris ejusdem cum quatuordecim florenis annui cenſus, pro quibus poſſeſſor ejusdem ſingulis ſeptimanis, preſertim quinta feria cujuslibet ſeptimane, unam de ſacratiſſimo corporis Dominici ſacramento cantare vel cantari facere & aliam die ſibi magis competenti ejusdem ſeptimane unam pro omnibus fidelibus defunctis celebrare vel celebrari facere debebit miſſas, dotaverint, prout in literis fundacionis, erectionis & inſtauracionis deſuper

ſuper de expreſſo conſenſu & voluntate venerabilium ac religioſorum dominorum, prepoſiti atque abbatiſſe, prioriſſe, totiusque conventus dicti monaſterii S. Martini, altermannorumque prefate eccleſie parochialis confectis & ſigillatis, nobis exhibitis, plenius conſpeximus contineri, fuit nobis pro parte omnium dictorum fundatorum & in fundacionem conſenciencium humiliter ſupplicatum, quatenus fundacioni, erectioni, inſtauracioni & dotacioni aliisque in ipſis literis contentis pro illorum ſubſiſtencia firmiori robur confirmacionis adjicere, eamque commendam in titulum perpetuum beneficii eccleſiaſtici & vicariam perpetuam erigere dignaremur. Nos igitur Simon doctor & commiſſarius ſupradictus ... fundacionem, erectionem, inſtauracionem & dotacionem commende predicte auctoritate ſupradicti reverendiſſ. dom. noſtri dom. archiepiſcopi, qua fungimur in hac parte, ratas & gratas habentes, eadem in hac parte ratificamus, approbamus, auctoriſamus & confirmamus, ipſamque commendam deinceps cum omnibus ſuis bonis preſentibus & futuris ab omni onere & poteſtate ſeculari eximimus, & in titulum beneficii eccleſiaſtici ac perpetue vicarie erigimus, & pro tali haberi volumus & mandamus Dei nomine per preſentes, jus vero patronatus ſive preſentandi ad eandem vicariam, ſic per nos confirmatam, quociens ipſam vacare contigerit, illi vel illis, quibus in dictis fundacionis literis ſub modis & formis in eiisdem deſcriptis reſervatum eſt, jus vero inſtituendi prelibato reverendiſſimo domino noſtro Moguntinenſi aut noſtris in officio ſucceſſoribus ſimiliter reſervamus, harum, quibus ſigillum officii noſtri commiſſariatus appenſum eſt, teſtimonio literarum. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tercio, die vero ſeptima menſis Februarii.

LXXXVI.

Litterae reverſales Jodoc. Trutſetter de parochia S. Andreae ad octennium ſibi concredita d. 14 Aug. 1493.

Ich Jodocus Trutſetter von *Yſenach*, der ſieben fryen künſten magiſter und der heyligen ſchrifft baccalaurius und prieſter. Als die erſamen er Johans Greiſe, er Hen Molhuſzen, vormundenn S. Celiax *) kloſter by S. Andres vom rath zcu *Erffurt* geſatzt, Heinrich von der Rinne, Kcel Knauff, er Johann Studenitz, er Johann Leburgk alterlute und heubtlute gemelter S. Andres pharrkirchenn, uſz crafft eyner vor-

*) Monaſterium S. Cyriaci.

ordenung und inſtauracion, die ich hab hören leſenn, mir eyne commendenn und predigampt in derſelben kyrchenn umb Gottes wyllen acht jahr lang, als die nach datum diſz brieffs nechſt nach eynander volgenn, tzugeſagt, gelyhenn und bevoheln haben, gerede und gelobe ich in rechten guten waren truwen uff myn prieſterſchafft, und by pene mich wyder abtzuſetzen, das ich mich in eigner perſon, obgemelt acht jare, in predigen, meſſehaltenn, und allem anderen wie die ſtifftung und inſtauracio uſzwyſzet, fliſzlich erbares weſens und aller billickeyt, ane uſzzcoge und wyderrede, gar und gentzlich halten ſal und will. Ob auch die vierhundert guldin heubtſumm zcu ettlicher zeyt unangeleyt bliebenn, alsdann will ich mit den zcinſenn auch gedult haben alles ungeverlich. Des zcu urkunde hab ich myn eigenn ſigill und ſignet an dyſen brieff gehengt. Geben nach der geburt Chriſti unſers lieben herren duſent vierhundert und dry und nuntzig jor, uff unſer lieben frawen obenn aſſumptionis.

LXXXVII.

Proviſio Joannis Gotze de perpetua vicaria eccleſiae S. Martini Erffortenſis d. 30 Aug. 1493.

Bertholdus &c. Dilecto nobis in Chriſto Joanni Gotze, clerico noſtræ diœceſis, ſalutem in Domino. Merita tuæ probitatis, quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut tibi ad gratiam reddamur liberales. Cum itaque, ſicut accepimus, perpetua vicaria altaris SS. Martini & Auguſtini, ſita in eccleſia S. Martini intra muros oppidi noſtri Erffortenſis, de jure patronatus laicorum exiſtens, per obitum quondam Henrici Regis, alias Konig, ultimi poſſeſſoris ejusdem, extra Romanam curiam defuncti, dudum vacare cœperit, vacavitque tanto tempore, quod ejus collatio, proviſio & plenaria diſpoſitio ad nos noſtramque ſanctam ſedem metropoliticam juxta Lateranenſis ſtatuta concilii exiſtit legitime devoluta, nos volentes te præmiſſorum meritorum tuorum intuitu favore proſequi opportuno & gratioſo, prædictam vicariam, taliter ad nos devolutam, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis præſentium tenore tibi conferimus, & de illa etiam providemus, dummodo tamen tempore datæ præſentium non ſit in ea alicui alteri ſpecialiter jus quæſitum. Committimus inſuper tenore præſentium honorabilibus præpoſito & ſcholaſtico eccleſiæ S. Severi Erffortenſis, nobis in Chriſto dilectis, quatenus ipſi aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios te vel procuratorem tuum tuo nomine in & ad corpora-

pora-

poralem, realem & actualem poſſeſſionem dictæ vicariæ ac jurium & pertinentiarum ipſius authoritate noſtra inducant & defendant inductum, amoto ab eadem quolibet illicito detentore, & faciant te vel dictum procuratorem tuum pro te ad hujusmodi vicariam admitti, tibique vel dicto procuratori de ipſius vicariæ fructibus, reditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis plenarie reſponderi, contradictores quoslibet & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam aucthoritate noſtra compeſcendo. Per hoc tamen patronis dictæ vicariæ nolumus præjudicium generari. Datum *Biſchoffsheim* noſtro ſub ſigillo præſentibus appenſo, die Lunæ XXX menſis Auguſti, anno Dom. MCCCCLXXXXIII.

LXXXVIII.

Confirmatio fraternitatis in eccleſia S. Georgii Erford. d. 7 Nov. 1500.

BERTHOLDUS &c. ad futuram rei memoriam... Cum igitur devoti & fideles nobis in Chriſto dilecti Joannes Schoner, ſacræ theologiæ profeſſor, rector, nec non proviſores parochialis eccleſiæ S. Georgii in oppido noſtro Erffortenſi noſtræ diœceſis duas fraternitates, unam videlicet corporis Chriſti, & aliam S. Annæ, in dicta eccleſia erexerint & ordinaverint, ita quod perpetuis futuris temporibus vicarii ad altare ſalutiferi corporis Chriſti & beatæ Annæ, ſita in dicta eccleſia, ſingulis diebus Jovis & Martis miſſarum ſolemnia, de feſtivitatibus, quarum nominibus dicta eorum altaria reſpective ſunt intitulata, pro vivis atque defunctis fratribus hujusmodi fraternitatum, ſolemniter & cum cantu peragere debeant, cum certis aliis capitulis, pietati & devotioni convenientibus, & pro ſalario dictorum vicariorum altarium, miſſas hujusmodi pro tempore celebrantium, ſufficientes comparaverint, conſtituerint & appropriaverint reditus annuos, nobis humiliter ſupplicari fecerint, quod easdem fraternitates admittere & confirmare, nec non, ut vicarius altaris corporis Chriſti dictis diebus Jovis corpus Dominicum ex loco, in quo fideliter clauſum, ut decet, cuſtodiri ſolet, ad altare corporis Chriſti honoriſice ſolenniter cum cantu & præcedentibus cereis deferre & finitis miſſarum ſolempniis ad locum priorem referre libere & licite poſſit, indulgere dignaremur. Nos itaque pium in Domino propoſitum commendantes, illique noſtrum favorem impartiri volentes, præfatas fraternitates, quatenus ſunt juſtæ, ſanctæ & canonicæ, atque in noſtræ ſuperioritatis & jurisdictionis, jurisque alterius derogationem, læſionem aut præjudicium non vergant, authoritate ordinaria tenore

Digitized by Google

præſentium admittimus & confirmamus, & ut Chriſti fidelium animi eo ferventius ad præmiſſa inclinentur, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus, contritis & confeſſis, qui divinorum officiorum aliorumque dictarum fraternitatum ſolemni peractioni interfuerint, aut pro conſervatione earundem manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum apoſtolorum Petri & Pauli ac S. Martini patroni noſtri meritis confiſi, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis pœnitentiis in Domino miſericorditer relaxamus. Datæ noſtro ſub ſigillo decima ſeptima die menſis Novembris, anno Domini &c. milleſimo quingenteſimo.

LXXXIX.

Inveſtitura parochi in Alich d. 5 Apr. 1501.

Officialis prepoſiture eccleſie beate Marie virginis Erfurdenſis plebanis & divinorum rectoribus nobis ſubjectis, preſentibus requiſitis, ſalutem in Domino. Ad parochialem eccleſiam ville *Alich*, per obitum quondam honorabilis domini Nicolai Winther, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, honorabilem & religioſum patrem dom. Johannem Theodorici, nobis per rev. in Chriſto patrem dom. Johannem Dei gracia abbatem monaſterii montis S. Petri Erffordenſis, ordinis S. Benedicti, preſentatum, per bireti noſtri capiti ſuo impoſicionem inſtituimus & inveſtivimus, ac inſtituimus & inveſtimus per preſentes, curam animarum, regimen populi & acceſſum altaris ſibi committentes. Vobis igitur in virtute ſancte obediencie & ſub excommunicationis pena diſtricte precipiendo mandamus, quatinus prefatum dom. Johannem Theodorici in & ad corporalem, realem & actualem dicte parochialis eccleſie ducatis poſſeſſionem, faciendo eidem de univerſis & ſingulis fructibus, cenſibus, redditibus, proventibus, juribus & obvencionibus ejusdem plenarie & integre reſponderi, adhibitis in iis ſolempnitatibus debitis & conſuetis. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo primo, die vero Lune quinta menſis Aprilis, preſentibus ibidem diſcretis viris Andrea Buchener & Hermanno Wedderolt curſoribus noſtris, juratis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Digitized by Google

XC.

Commiſſio ſubdelegationis apoſt. in perſonas judicum Thuringiae & aliorum de publicandis indulgentiis Jubilaei in oppido Erffordenſi & locis vicinis d. 18 Jul. 1502.

Bertholdus &c. princeps elector, commiſſarius pro publicandis ſacratiſſimis indulgentiis, gratiis & facultatibus infra ſcriptis per reverendiſſ. in Chriſto patrem & dom. dom. Raymundum tit. ſanctae Mariae novae &c. ſpecialiter deputatus rev. in Chriſto dom. Joanni epiſcopo Sydonienſi, noſtro in pontificalibus vicario, ac honorabilibus Simon Voltzecken, cantori S. Severi, decretorum, Joanni Schoner, rectori parochialis S. Georgii oppidi noſtri Erffortenſis, & Wernhero Spreth de *Alich*, canonico S. Mauritii & vicario majoris Mogunt. eccleſiae, in theologia doctoribus, devotis & fidelibus nobis in Chriſto dilectis & veſtrum cuilibet communiter vel diviſim ſalutem in Domino, & in commiſſis diligentiam debitam adhibere. Litteras praenominati dom. Raymundi presbyteri cardinalis & legati, ejus vero ſigillo in cordula rubea impendente ſigillatas, ſanas, integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, ut apparuit, nobis ad prae- & infraſcriptum effectum praeſentatas, nos noveritis recepiſſe hujusmodi ſub tenore:

Raymundus miſeratione divina tituli S. Mariae novae S. Romanae eccleſiae presbyter cardinalis Gurcenſis, ad univerſam Germaniam, Daciam, Sueciam, Norvegiam, Friſiam, Pruſſiam, omnesque & ſingulas illarum provincias, civitates, terras & loca etiam ſacro Romanno imperio in ipſa Germania ſubjecta ac eis adjacentia apoſtolicae ſedis de latere legatus, reverendiſſimo in Chriſto patri Bertholdo archiepiſcopo Moguntinenſi, ejusque in ſpiritualibus vicario generali ſalutem in Domino. Dudum nobis cum veſtra circumſpectione in oppido imperiali *Hallis* [c]) Herbipolenſis dioeceſis exiſtentibus, eandem in noſtrum, imo verius apoſtolicae ſedis commiſſarium ad publicandum ſacratiſſimas Jubilaei indulgentias, per ſanctiſſimum in Chriſto patrem & dominum noſtrum dom. Alexandrum, divina providentia papam ſextum, pro tuitione fidei contra perfidiſſimos Turcas conceſſas, in veſtris civitate & dioeceſi, aliaque negotium publicationis hujusmodi concernentia pertractandum vivae vocis oraculo praeſentem, & onus commiſſionis hujusmodi ſponte ſuſcipientem conſtituimus & deputavimus, vobisque vices

[c]) Vide *Subſidior. diplom.* Tom. V. pag. 366.

noſtras committendas duximus. Ne autem a quoquam ſuper præmiſſis in aliquo hæſitetur, eandem circumſpectionem veſtram omnibus melioribus modo, via, jure, ſtylo, forma & ordine, quibus id melius, validius & efficacius de jure fieri poteſt & debet, ratificando, inprimis omnia & ſingula, per veſtram circumſpectionem & alios de veſtro conſenſu & voluntate quomodolibet facta, vos veſtrumque vicarium prædictum venerabilem nobis in Chriſto dilectum Wolff de *Bicken*, canonicum eccleſiæ veſtræ Moguntinenſis, abſentes tanquam præſentes & quemlibet veſtrum in ſolidum in noſtros, imo verius apoſtolicæ ſedis prædictæ commiſſarios generales & ſpeciales aucthoritate apoſtolica, nobis in hac parte commiſſa, tenore præſentium de novo conſtituimus, deputamus & ordinamus, dantes vobis & cuilibet veſtrum plenam poteſtatem, facultatem & aucthoritatem, una cum aliis prædictæ eccleſiæ canonicis ſive eccleſiarum quarumcunque prælatis aut aliis probis & doctis bonæ vitæ viris, per vos & veſtrum quemlibet coaſſumendis, aut etiam ſine illis indulgentias ipſas, gratias & facultates in quibuſcunque locis diœceſis prædictæ cum ſolennitatibus debitis & conſuetis intronifandi, publicandi, litteraſque apoſtolicas deſuper confectas proſequendi, crucem erigendi, capſas tam jubilæi quam confeſſionalium in eccleſiis locorum, in quibus dictæ indulgentiæ collocatæ fuerint, ponendi, confeſſores idoneos, qui prout & vos & coaſſumendi prædicti confeſſiones Chriſti fidelium, indulgentias ipſas promereri volentium, audire, eoſque ab univerſis & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, anathematiſationis & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis & pœnis ac cenſuris, nec non omnibus & ſingulis exceſſibus, criminibus, peccatis, atque delictis, quantumcunque gravibus & enormibus, etiam apoſtolicæ ſedi in genere vel in ſpecie reſervatis, abſolvere, ſuper bonis per uſurariam pravitatem, rapinam, aut alias male acquiſitis, ac fructibus per ſymoniam perceptis aut alias injuſte habitis, juxta tenorem litterarum apoſtolicarum, componendi & concordandi, beneficiaque per ſymoniam acquiſita, poſtquam in manibus veſtris aut eorum dimiſſa fuerint, de novo conferendum, ſuper irregularitate quovis modo, præterquam per bigamiam aut homicidium voluntarium contracta, nec non in gradibus prohibitis quoad matrimonium contractum, dummodo impedimenta occulta ſint in foro conſcientiæ duntaxat, & cum perſonis, quæ jus petendi debitum propter adulterium aut alias quovis modo amiſiſſent, ut illud petere poſſent, diſpenſandi, & præfatis confeſſoribus, quos ad hoc idoneos judicaveritis, facultatem concedendi, aut vobis ipſis ea, quæ volueritis, reſervandi, prædicatores quoque verbi Dei, ſæculares presbiteros aut regulares deputandi, confeſſionalia per viros bonæ famæ

mæ & fideles in eccleſiis, in quibus indulgentiæ collocabuntur, diſtribui faciendi, & de peccuniis, quæ ex hujusmodi confeſſionalibus provenerint, eisdem diſtributoribus & aliis laboratoribus competenter pro eorum ſalario & expenſis ſatisfaciendi, ita tamen, quod dictæ peccuniæ non tangantur, nec ciſtæ ipſæ pro confeſſionalibus poſitæ non aliter quam juxta tenorem litterarum apoſtolicarum in præſentia unius vel duorum notariorum aperiantur, deſuperque publicum conficiatur inſtrumentum, unum quoque vel plures viros eccleſiaſticos doctos ac alias bonæ vitæ commiſſarium ſeu commiſſarios cum ſimili aut limitata poteſtate, qui in manibus veſtris aut alterius veſtrum promitteret loco juramenti de fideliter exercendo officium commiſſionis hujusmodi, veſtrisque & noſtris mandatis parendo loco veſtri, & cujuslibet veſtrum ſubſtituendi, eumque vel eos revocandi, toties quoties opus fuerit & vobis ſeu alteri veſtrum viſum fuerit expedire, præſenti commiſſione nihilominus in ſuo robore duratura, & generaliter omnia alia & ſingula faciendi, dicendi, publicandi, gerendi & exercendi juxta dictarum litterarum apoſtolicarum, noſtrarumque inſtructionum tenorem, & quæ nosmet faceremus ſeu facere poſſemus, ſi præmiſſis omnibus & ſingulis præſentes & perſonaliter intereſſemus, etiam ſi mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum, habituri ratum & gratum totum id, & quicquid per vos aut quemlibet veſtrum, ac ſubſtituendos a vobis actum vel factum fuerit, in præmiſſis ſeu quolibet præmiſſorum. In quorum fidem præſentes litteras fieri & per notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, noſtrique ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum & actum *Coloniae* ſub anno a nativitate Domini milleſ. quingent. ſecundo, indictione V, die vero X m. April. pontificatus ſanctiſſ. dom. noſtri papæ præfati anno X, præſentibus ibidem dilectis nobis in Chriſto, Petro Brunck & Dioniſio Jacobi, presbiteris Cameracenſis & Biſuntinenſis diœceſis, capellanis noſtris, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis, ex mandato & commiſſione ſpecialibus reverendiſſimi domini legati. Eberhardus Schiffler notarius ſubſcripſit.

Nos autem Bertholdus archiepiſcopus & commiſſarius antedictus noſtris & eccleſiæ noſtræ arduis negotiis aliis præpediti & legitime occupati, quia hujusmodi litterarum apoſtolicarum præinſertarum executioni perſonaliter intendere, & publicationi prædictarum indulgentiarum & gratiarum in ſingulis civitatibus & oppidis diœceſis Mogunt prædictæ perſonaliter intereſſe non valemus, vos omnes & ſingulos ſupradictos, de quibus plenam in Domino fiduciam gerimus, ac veſtrum quemlibet in ſolidum in præinſertarum litterarum apoſtolicæ legationis executione & negotio, earundem litterarum vigore, ſubdelegamus & ſubdeputamus,

mus, vobisque vices noſtras plenarie, quoad oppidum noſtrum Erffortenſe prædictum & loca illi vicina, committendas duximus & committimus per præſentes, transferentes in vos omnem poteſtatem &c. In quorum fidem præſentes noſtras litteras exinde fieri, perque ſecretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, noſtrique ſigilli fecimus appenſione communiri. Datæ *Aſchaffenburgi* VIII die m. Julii anno Domini milleſ. quingent. ſecundo.

XCI.

Mandatum, ne bona, liberum cenſum vulgo Freyzins annuatim ſolventia, in monaſteria, hoſpitalia &c. transferantur d. 22 Maj. 1505.

Bertholdus &c. Ad futuram rei memoriam. Crediti nobis paſtoralis officii cura providere impellimur, ut ea que a predeceſſoribus noſtris rationabiliter conſtituta noſcuntur, preſertim quibus eccleſie noſtre diſpendiis occurritur, firma illibataque perpetua ſtabilitate modis omnibus cuſtodiantur. Sane fuit per predeceſſores noſtros non improvide ordinatum, ne bona ſive aree, de quibus nobis annuus canon, ſive redditus, qui *freyzinſe* vulgariter appellatur, ſolvi conſuevit, per ea ſeu eas obtinentes alicui eccleſie aut monaſterio darentur ad emendum. Nam inter cetera attendentes, quod cum monaſteria, eccleſie, hoſpitalia, univerſitates, capitula, conventus & collegia eſſe, heredemque habere non deſinant, per alienationes bonorum hujusmodi in monaſteria &c. eccleſie noſtre conditio in non modico deterior redderetur, eorundem predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherendo univerſos & ſingulos, cujuſcunque ſtatus aut conditionis exiſtant, qui bona ſive areas, de quibus nobis ut prefertur *fryzins* ſolvi conſuevit, obtinent & obtinebunt, bona ſive areas hujusmodi monaſteriis, eccleſiis &c. vendere, donare aut alio quovis alienationis titulo applicare ſine noſtris licencia & conſenſu ſpeciali, hoc edicto perpetuo diſtrictiſſime prohibemus, contractus vero quoslibet, quos de talibus ſine noſtris licencia & conſenſu fieri contigerit, viribus omnino vacuamus, contra & adverſus alienantes ad declarationem amiſſionis juris eorundem, quam ex hoc eo ipſo incurrere non formidant, ac ad revocanda indebite alienata proceſſuri, mandantes officialibus noſtris, quibus canonis hujusmodi perceptio pro tempore commiſſa fuerit, quatenus prohibitionem noſtram hujusmodi taliter quod de eadem juſta ignorantia a quoquam pretendi nequeat, publicari procurantes ipſam inviolabiliter obſervent & ab aliis, quantum in eis fuerit, faciant firmiter obſervari. Date in civitate Wormatienſi ſub ſigillo noſtro

noſtro, die XXII menſis Maji, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto.

XCII.

Incorporatio parochialis eccleſiae in Buſeleben collegiatae eccleſiae S. Severi Erford. facta d. 5 Jan. 1508.

Jacobus Dei gratia S. Moguntinenſis ſedis archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius, princeps elector, honorabilibus devotis nobis in Chriſto dilectis decano & capitulo eccleſiæ S. Severi oppidi noſtri Erfordenſis ſalutem... Pro parte veſtra nobis oblata petitio continebat, quod licet recolendæ memoriæ Heinricus archiepiſcopus Moguntinenſis, prædeceſſor noſter, divino cultui, qui ob rerum temporalium inopiam tunc in præfata eccleſia deficere videbatur, providere illiusque incremento (ut par erat) conſulere volens, eccleſiam parochialem in *Buſeleben* noſtræ diœceſ. cujus collatio, proviſio ſeu quævis alia diſpoſitio vacationum temporibus ad decanum & capitulum præfatæ eccleſiæ S. Severi tunc, prout hodie ad vos ſpectare & pertinere aſſeritur, menſæ veſtræ capitulari, venerabilium & honorabilium tunc decani & capituli eccleſiæ noſtræ Mogunt. accedente conſenſu, incorporaverit, auctoritateque ſua ordinaria univerit, prout hæc in litteris deſuper confectis latius contineri ſimiliter dicebatur, ſucceſſu tamen temporis eadem incorporatio ex incuria & negligentia adeo ad declinationem ſit redacta, ut eccleſia veſtra de redditibus præfatæ eccleſiæ in *Buſeleben* duos dumtaxat florenos Renenſes annuos a rectore illius eccleſiæ nunc recipiat, ex quo inſurgat, quod decreſcente fructu temporali cultus divinus, qui in eadem eccleſia S. Severi hactenus peragi conſuevit, diminuatur, de majorique illius cultus decreſcentia timendum ſit, niſi celeris & votivæ proviſionis ope ſuccurratur eidem. Et ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi præfata incorporatio, per prædictum noſtrum prædeceſſorem facta, per nos approbaretur ac innovaretur, hinc incremento cultus divini plurimum commodiſſimeque conſuli poſſe. Unde fuit nobis pro parte veſtra humiliter ſupplicatum, quatenus incorporationem, per præfatum prædeceſſorem noſtrum factam, approbare, eandemque eccleſiam parochialem eccleſiæ præfatæ S. Severi de novo incorporare, unire & annectere dignaremur. Nos igitur juſtæ veſtræ petitioni inclinati, de veritateque prænarratorum ad plenum informati, prætactam incorporationem, per præfatum noſtrum prædeceſſorem de dicta parochiali eccleſia in *Buſeleben* eccleſiæ S. Severi factam, approbamus

Digitized by Google

eandemque eccleſiam in *Buſeleben* eccleſiæ S. *Severi*, accedente ad hoc venerabilium & honorabilium devotorum nobis in Chriſto dilectorum decani & capituli eccleſiæ noſtræ Mogunt. conſenſu de novo imperpetuum incorporamus, annectimus & unimus, volentes ac per præſentes ſtatuentes, quod cedente vel decedente rectore præfatæ eccleſiæ in *Buſeleben*, aut illam quomodolibet dimittente, liceat vobis propria auctoritate illius poſſeſſionem, noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum aut cujuſcunque auctoritate ſuper hoc minime requiſita, libere apprehendere, continuare ac perpetuo tenere, fructus, proventus, jura & obventiones in veſtros & eccleſiæ S. Severi uſus percipere & etiam perpetuo retinere, nec non eandem eccleſiam per vicarium eccleſiæ veſtræ ſeu alium ſæcularem presbiterum circa curam & alia parochialia gubernari ſeu regi & officiari facere, illumque ad nutum & voluntatem veſtram ammovere, & alium in illius locum toties quoties vobis libuerit ſeu expedire videbitur, proviſo tamen quod huic vicario congrua & ſufficiens portio per eos aſſignetur, eademque parochialis eccleſia in *Buſeleben* in debitis ſuis oneribus & inſtitutionibus non defraudetur.... in quorum fidem præſentes litteras fieri noſtrique ſigilli juſſimus appenſione communiri. Et nos Oriel decanus & capitulum præfatæ eccleſiæ Mogunt. pariter ſub teſtimonio ſigilli noſtri, quod & inferius appendi juſſimus, harum ſerie recognoſcimus, nos in hanc incorporationem & unionem conſenſiſſe, prout per præſentes conſentimus, jure noſtro, eccleſiæ noſtræ & cujuslibet alterius ſemper ſalvo. Datum apud *arcem S. Martini* in civitate noſtra Moguntinenſi die quarta menſis Januarii, anno Domini milleſimo quingenteſimo octavo.

CXIII.

Praeſentatio ad eccleſiam parochialem in Eichelborn d. 9 April. 1520.

Joannes permiſſione divina abbas monaſterii montis S. Petri Erford. Magunt. dioec. ordinis S. Benedicti, venerabili viro domino prepoſito eccleſie beate Marie virginis Erfordenſis aut ejus officiali ſeu vices in hac parte gerenti, quidquid poterimus reverentie & honoris. Ad eccleſiam parochialem eccleſie b. Marie virginis ville *Eychelborn*, ex obitu quondam dom. Andree Hellerung, ultimi ejusdem rectoris, vacantem, cujus collacio ſeu preſentacio ad nos pertinet & ſpectat, honorabilem virum dom. Andream Hörbell, presbiterum abilem & ydoneum, vobis duximus preſentandum & preſentamus per preſentes, ſupplicantes

tes una cum eodem preſentato, quatenus eundem . . ad dictam parochialem eccleſiam inſtituere & inveſtire dignemini, facientes eidem de univerſis & ſingulis fructibus, redditibus, juribus & obventionibus ejusdem integre reſponderi, adhibitis circa hec ſolempnitatibus debitis & conſuetis. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo, nono m. Aprilis ſub ſigillo noſtro hic impreſſo.

XCIV.

Praeſentatio ad vicariam altaris SS. Nic. Valentini & Barbarae in eccleſia paroch. Neuſes d. 23 Jan. 1523.

Venerabili viro domino officiali prepoſiture eccleſie dive virginis Marie Magunt. diœceſis, proconſules & conſules Erffurdiane urbis, quicquid reverencie & honoris poterint. Ad perpetuam vicariam SS. Nicolai, Valentini & Barbare altaris, in parochiali eccleſia *Neuſes* ſitam, ex obitu venerabilis viri Johannis Molburgks, ultimi poſſeſſoris, vacantem, cujus jus patronatus ad nos dinoſcitur pleno jure pertinere, honorabilem virum & dom. Johannem Richardi, ſacerdotali dignitate inſignitum, abilem & idoneum, vobis preſentandum duximus, & his in ſcriptis preſentamus, ſupplicantes, ac in domino rogantes, quatenus jam dictum dom. Johannem Richardi, hujus diœceſis ſacerdotem, ad eandem vicariam inſtituere & inveſtire dignemini.... Datum & actum noſtro in pretorio anno incarnacionis milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo, tercio vigeſimo die Januarii.

XCV.

Proclama ad praeſentationem vicarii altaris S. Andreae in hoſpitali majori d. 30 Aug. 1529.

Officialis præpoſituræ eccleſiæ b. Mariæ virginis Erfurtenſis plebanis & divinorum rectoribus nobis ſubjectis cæteriſque pro præſentium executione facienda requiſitis ſalutem in Domino. Veniens ad nos honorabilis dom. Johannes Bilep, presbyter Maguntinenſis diœceſis, docens ſe nobis ad perpetuam vicariam altaris S. Andreæ in hoſpitali majori Erfurtenſi ſitam, ex libera reſignatione dom. Georgii Sprentz, ultimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, per egregium & venerabilem virum dom. Mathiam Meyer, utriusque juris doctorem & eccleſiæ b. Mariæ virg. Erfurtenſis decanum & canonicum, nec non proconſules & conſu-

ſules dicti oppidi Erfurtenſis præſentatus, nobis ſupplicavit, quatenus ipſum ad eandem vicariam inſtituere & inveſtire ſibique proclamationem legitimam ad locum beneficii decernere & concedere dignaremur. Idcirco vobis mandantes, quatenus mox viſis literis præſentibus accedatis, quo fuerit accedendum, & de præmiſſis in loco beneficii trina publica proclamatione proponatis edicta, citantes nichilominus peremptorie omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes, & quarta feria executionem præſentium immediate ſequente, juridica ſi fuerit, ſin autem, proxima ex tunc ſtatim ſecutura compareant coram nobis in judicio hora judicii conſueta ad docendum de jure & intereſſe ſuis, alioquin ad videndum ipſum præſentatum inſtitui viſuri & audituri vel dicturi & cauſas rationabiles in contrarium allegaturi cum certificatione conſueta. Datæ noſtro ſub ſigillo præſentibus ſubimpreſſo, anno Domini MDXXIX, die Lunæ penultima menſis Auguſti.

MDXXIX, die Mercurii, prima menſis Septembris Joannes Bilep, principalis per organum dom. Georgii Eſchwege reproduxit hujusmodi litteras proclamationis executas, & in contumaciam citatorum obtinuit ſe ad vicariam ſupradictam inſtitui, præſente ibidem Joanne Scheckenbach & Jacobo Thaute presbitero teſtibus. Theod. Greiffen notarius.

XCVI.

Vicaria S. apoſt. Mathiae & Thomae in eccl. Albarum Dom. Erfordiae d. 28 Mart. 1534.

Officialis prepoſiture eccleſie b. Marie virginis Erffurdenſis univerſis & ſingulis dominis plebanis ibidem conſtitutis obedientibus vigore preſencium requiſitis ſalutem in Domino. Ad perpetuam vicariam altaris SS. apoſtolorum Matthie & Thome ac Barbare virginis in monaſterio monialium Albarum Dominarum Erffurdenſium ſitam, obitu quondam venerabilis dom. Nicolai Rottendorffers, noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, vacantem, honorabilem dom. Conradum Zcothen, presbyterum Maguntine diœceſis, abilem & idoneum, nobis per providos & circumſpectos conſulares Michaelem Müller, & Hanſonem Rinthſleiſch, conſiliarios Erffurdenſes, tanquam tutores & proviſores dicti monaſterii præſentatum, proclamacione litteratoria rite executa & judicialiter cum ſigno execucionis reproducta, ac contumacia citatorum non comparentium, neque contra inſtitutionem hujusmodi fiendam, in contrarium allegantium, juramentoque ſolito per eundem dom. Conradum preſtito & per nos recepto, aliisque premittendis premiſſis, per bireti capiti ſuo impo-

Digitized by Google

impoſitionem, inſtituimus & inveſtivimus, inſtituimusque & inveſtimus per preſentes, vobis ob id in virtute ſancte obedientie mandamus, quatinus prefatum dom. Conradum in & ad ejusdem vicarie, jurium & pertinentiarum poſſeſſionem realem & actualem inducatis, ſibique de ejusdem univerſis redditibus integre reſpondeatis, adhibitis circa hec ſolemnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium, ſigillum officialatus noſtri preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo quarto, die vero Sabathi viceſima octava menſis Martii.

XCVII.

Proviſio Henningi Hopffen in eccleſia S. Martini intra d. 6 Jul. 1543.

ALBERTUS &c. honorabili Henningo Hopffen, clerico noſtræ Moguntinenſis diœceſis, devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto, ſalutem in Domino ſempiternam. Præſentationum litteras de perſona tua ad vicariam SS. Simonis & Judæ apoſtolorum in eccleſia parochiali S. Martini intra muros oppidi noſtri Erffortenſis ſitam, per obitum quondam Leonardi Bruchſel, ultimi poſſeſſoris ejusdem, extra Romanam curiam & in partibus defuncti, vacantem, tibi per honorabilem devotum nobis in Chriſto dilectum JOANNEM Rudolphi, doctorem ac decanum eccleſiæ b. Mariæ virginis Erffortenſis conceſſas, ad quem jus præſentandi vacationum temporibus una cum plebano dictæ eccleſiæ S. Martini Erffortenſis ſpectare & pertinere dignoſcitur, te jure ſuo ratione decanatus ad dictam vicariam tanquam habilem & idoneum præſentantem accepimus. Nihilominus cum hoc intelleximus, quod quidam Joannes Kiſſeling, aſſertus plebanus eccleſiæ S. Martini prædictæ, quendam Heinricum Coci, præpoſituræ b. Mariæ virg. Erffortenſis officialem, ad dictam vicariam tibi in præjudicium præſentavit, tibique quo minus inſtitutionem canonicam cauſamque tuam deducere poteris, veramque corporalem & actualem poſſeſſionem quiete adipiſci valeas, impedimento fuit; fuimusque igitur pro parte tua humiliter requiſiti, quatenus tibi in præmiſſis paterno affectu conſulere & præſentationi tuæ factæ gratificare dignaremur. Nos vero, qui ex officii noſtri debito in præmiſſis opportune tibi conſulere volentes, ac diuturnæ vacationi . . . . periculis inde provenientibus benigno favore & affectu obviare affectamus, te prætextu præſentationis per decanum antedictum de perſona tua factæ ad prædictam vicariam inſtituimus & inveſtimus DEI in nomine

per præſentes, & in quantum gratificationi loci fuerit gratificatum, teque prædicto Heinrico Coci præfecimus ac noſtrum conſenſum & authoritatem adhibemus, in cujus rei teſtimonium ſecretum noſtrum appendi fecimus. Datum apud *arcem S. Martini* in civitate noſtra Moguntina, die ſexta menſis Julii anno Domini MDXLIII.

XCVIII.

Parochialis eccleſiae S. Andreae Erford. nec non vicariae S. crucis, b. Marie & S. Bartholomei monaſterio S. Cyriaci O. S. B. per nuntium apoſtolicum confirmantur d. 8 Jun. 1545.

Hieronimus Verallus Dei & apoſtolice ſedis gracia archiepicopus Roſſanenſis, ad ſereniſſimum principem Carolum Romanorum imperatorem ſemper Auguſtum, ac univerſam Germaniam ſanctiſſimi dom. noſtri Pauli pape III & apoſtolice ſedis nuntius cum poteſtate legati de latere, dilectis nobis in Chriſto abbatiſſe & conventui monaſterii S. Ciriaci, quondam in monte S. Ciriaci, nunc in oppido Erffurdenſi Maguntine diœceſis ſiti, ordinis S. Benedicti, ſalutem in Domino. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod alias felicis recordationis Bonifacius papa nonus volens religioſis predeceſſoribus veſtris, tunc abbatiſſe & conventui dicti monaſterii S. Ciriaci tunc temporis in monte S. Ciriaci, nunc vero in oppido Erffurdenſi Maguntine diœceſis ſiti, propter defectum facultatum, ſine quibus onera eis pro tempore incumbentia commode ſupportare non poterat, de alicujus ſubventionis auxilio pro ſupportandis levibus oneribus hujusmodi providere; parochialem eccleſiam S. Andree Erffurd. nec non S. Crucis & SS. Marie & Bartholomei in eccleſia dicti monaſterii ſita altaria ſine cura cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis prefato monaſterio in perpetuum univit & . . . . incorporavit. Deinde bone memorie Joannes tunc archiepiſcopus Maguntinus ex delegatione apoſtolica ad relationem ſui ſubdelegati & nonnullorum teſtium fide dignorum deſuper examinatorum reperiendo vicarium perpetuum dicte eccleſie parochialis, poſt illius qui tunc erat vel pro tempore eſſet ceſſum vel deceſſum ſeu quamvis aliam dimiſſionem, inſtituendum eſſe in proventibus ipſius eccleſie S. Andree, preterquam in quindecim libris denariorum Erfurd. que quindecim libre ut quam plurimum ultra reſultarent, ſingulis annis pro ſua, vicarius vero altarium predictorum pro tempore ſimiliter inſtituendus in menſa prepoſiti dicti monaſterii S. Ciriaci una cum quatuor florenis aureis

reis . . congrue ſuſtentari, auctoritate apoſtolica ſibi tunc commiſſa perpetuo vicario, ut prefertur, tunc inſtituendo ſingulos proventus hujusmodi, preter dictas quindecim libras denariorum Erfurd. vobis abbatiſſe & conventui per ipſum vicarium ſingulis annis miniſtrandas, vicariis vero altarium predictorum menſam predictam cum dictis quatuor florenis, cuilibet eorum annuatim per vos dandis & realiter tradendis, pro eorum congruis portionibus in perpetuum aſſignavit. &c. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut unionem, annexionem & incorporacionem, ac inde ſecutam aſſignationem, omniaque alia premiſſa confirmare & approbare aliisque in premiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. Datum *Wormatie* anno incarnationis Dominice milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, ſexto Idus Junii, pontificatus ejusdem ſanctiſſimi domini noſtri PAULI pape III anno undecimo.

XCVIII. a

Commiſſio Eobani Zieglers ſigilliferi Erffortenſis d. 16 Dec. 1552.

SEBASTIANUS &c. honorabili Eobano Ziegler, jurium doctori, ſigillifero curiæ noſtræ archiepiſcopalis Erffortenſis, devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto, ſalutem in Domino ſempiternam. Eccleſiarum utilitatibus & ſubjectorum commodis, quantum poſſumus & valemus, paterna ac paſtorali ſollicitudine providere cupientes, tibi & rectoribus eccleſiarum parochialium & beneficiorum eccleſiaſticorum cum vel ſine cura per *Fritzlarienſis*, *Jechburgenſis*, b. Mariæ & S. Severi *Erffortenſis*, *Dorlanenſis*, *Heiligenſtadenſis*, *Geysmarienſis*, *Northauſenſis*, *Embeccenſis* & *Bebracenſis* præpoſiturarum terminos noſtræ diœceſis conſiſtentium pro tempore, ut in ſuis parochialibus eccleſiis & beneficiis eccleſiaſticis, quæ obtinent de præſenti, & in futurum obtinebunt, reſidere pro tempore minime teneantur, nec non ad id compelli præpoſitos earundem eccleſiarum ſive beneficiorum etiam ad tempus & tempora, de quibus tibi videbitur expedire, ex cauſis tamen legitimis & rationabilibus animum tuum ad hoc moventibus vice & authoritate noſtra dare & concedere poſſis & valeas; & quod ipſi rectores & beneficiati fructus, reditus & proventus beneficiorum ſuorum in ſua abſentia ex cauſa tam rationabili & legitima cum ea integritate percipere valeant & poſſint, quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, ac ſi reſiderent in eisdem, proviſo tamen, quod ipſa beneficia eccleſiaſtica tempore abſentiæ rectorum ſuorum pro tempore debitis divinorum officiis vel

vel ſacramentorum miniſtrationibus, hoſpitalitate debita & conſueta, juribus papalibus & epiſcopalibus ac ſynodalibus & aliis ſibi incumbentibus oneribus pro tempore ſecundum conciliorum provincialium Moguntinenſium ſtatuta & juris communis diſpoſitionem non fraudentur; & inſuper ut omnes & ſingulos abbates & abbatiſſas ac præpoſitos monaſteriorum utriusque ſexus quorumcunque, per terminos præpoſiturarum prædictarum conſiſtentium, pro tempore electos & eligendos ſeu alias vocatos ſive aſſumptos, non confirmatos, authoritate noſtra per te vel alium ſeu alios, cui vel quibus in tui abſentia id duxeris committendum, confirmare & eosdem ex juſtis & rationabilibus cauſis amovere ſive repellere, prout de jure expedit, fertonesque funerales, nec non bona clericorum ab inteſtato decedentium fideliter exigere & colligere per te vel alios, ut præfertur, poſſis & valeas, tibi tenore præſentium damus licentiam & plenam facultatem. Inſuper tibi reſignationes beneficiorum cum vel ſine cura, prædictas per præpoſituras & ipſarum terminos conſtitutorum, ex cauſis permutationis ac alias ſimpliciter recipiendi, permutationesque authorizandi & confirmandi, prout moris eſt, & perſonas transferendi, transponendi & de eisdem providendi, ad altaria & beneficia quæcunque canonice de novo erecta & dotata, creanda & dotanda, infra terminos earundem præpoſiturarum authoritate noſtra ordinaria conſiſtentia & ſituata, ſimili modo per te vel alium ſeu alios, ut præmittitur, confirmandum, nec non vacante officio vicariatus in pontificalibus in oppido noſtro Erffortenſi indulta pro recipiendis minoribus ordinibus a quocunque antiſtite catholico, communionem ſanctæ Romanæ eccleſiæ habente, noſtro nomine concedere poſſis & valeas, vices noſtras duximus committendum & committimus per præſentes. Præterea cum propter diverſa viarum diſcrimina & pericula tales & nonnullæ aliæ perſonæ eccleſiaſticæ & ſæculares ſæpius cum litteris & proceſſibus apoſtolicis, de Romana curia emiſſis & emanatis, pro tempore præſentiam noſtram ad impetrandum & obtinendum a nobis litteras teſtimoniales, quæ vidimus nuncupantur, commode adire non poſſint; tibi easdem litteras & proceſſus apoſtolicos quoſcunque videndi & examinandi, teſtimoniales litteras ſuper eisdem dandi & concedendi vice & authoritate noſtra plenam licentiam damus & poteſtatem, contradictores & rebelles ſuper præmiſſis, quantum expedit, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo, teſtes vero, qui nominati fuerint, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, ſimili cenſura compellas, veritati teſtimonium perhibere. Datæ ex arce noſtra *Steinheim* noſtro ſub ſigillo die decimo ſexto menſis Decembris, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo.

XCIX.

XCIX.

Die vogteiligkeit und das halsgericht zu Alach betreffend d. 5 Febr. 1565.

Wir Johannes von Gotts gnadenn abtt, Heinricus ſenior unnd gantz convent des koniglichenn ſtiffts ztu S. Peter inn *Erffurt* Benedictiner ordens, Mentzer biſtumbs, bekennen offentlich vor uns unnd alle unſer nachkommen. Nachdeme die ehrbarn, achtbarn unnd hochweiſen ratismeiſternn unndt rathe der ſtadt *Erffurt*, unſere günſtige guete freunde, vonn denn auch erbarnn Criſtoffeln unnd Gotſchalcken vonn der *Sachſenn* gebrüdernn die helffte der voigtey unnd gerichts im felde unnd dorffe zu *Alich* unnd ſonderlich das halsgerichte, welches vonn unſerm cloſter zu lehenn geruret, ſampt etzlichenn zinſenn unnd alle andere einn - und zugehorungenn mitt unſerm vorwiſſenn unnd durch unns aberkaufft habenn, das wir demnach ſolche helffte der voigtei unnd gerichte im felde unnd dorffe zu *Alich* unnd ſonderlich des halsgerichtes mit allen einn - unnd zugehorungenn, ehrenn, rechtenn, nützenn, freiheiten unnd gewonheiten in allermaſſenn vonn der *Sachſſenn* unnd fur ihnenn ir vater Gotſchalck vonn der Sachſſenn ſeligenn, inne gehabit, beſeſſen, genuzt unnd gebraucht habenn, vorgedachtenn hernn ratismeiſternn unnd rathe der ſtatt *Erffurdt* uff diſmahl gelihenn unnd dergeſtalt voreignet habenn, das ſie unnd alle ire nachkommenn obberürte ſtücke zu Alich krafft dieſes brieffes hinfürder von unns unnd unſernn nachkommenn nicht mehr zu lehenn zu empfahenn ſchüldig ſeinn, ſondernn fort unnd fort unvorhindert unnſer zu beſitzenn unnd zu gebrauchenn habenn ſollenn, als wir unns dann hiermitt inn krafft dieſes brieffes ſolcher lehenſchafft, die wir bis dahero darann gehabt, aus rechtenn wiſſen gentzlich vorzeihenn. Doch behaltenn wir unns inn alle wegenn bevohr unſers cloſters alte gerechtigkeit ann der kirchenn, dem pfarhofe, pfarhernn, auch der zugehorigenn lenderei, dergleichenn was wir mit denn heimburgernn, altar leuthenn unnd kemmerernn uff das jerliche *abbt. eſſen* *) von alters hergebracht, daſſelbige jerlich zu vorrichten unndt das abbt - eſſen zu gewonlicher zeitt jerlichenn zu haltenn. Dazu ſollenn unnd wollenn ratismeiſter unnd rathe zu Erffurdt gegenn dieſenn unſern erzeigtenn gün-

*) Convivium abbatiale (abt - eſſen) quas inter ceremonias celebratum fuerit, docet ſequens charta anni MDLVIII.

günſtigenn unnd freundlichen willenn unſern hoff unnd güter zu Alich bei aller herlichkeitt unnd unſerm cloſter über unſere zinſe, renthenn unnd alles einkohmenn jerlich nach altem gebrauch unnd herkohmen one einige heiſch oder helffegeldt zu vorhelffenn unnd uns bei unſerer hergebrachtenn gerechtigkeit, das wir unſere zinſen halben, wie vonn alters herkhomenn, ſelbſt zu pfrynden habenn, bleibenn laſſenn, alles treulich unnd ane gefehrte. Des zu urkunde ſteter unnd veſter haltunge habenn wir unſer abtey, desgleichen des convents inſiegele wiſſentlich ann dieſenn brieff gehangen. Der gegeben iſt auff Montag nach Purificationis Mariæ nach Chriſti unſers ſeligmachers geburt im fünfzehen hunderet unnd funf unnd ſechzigſtenn jare.

Vorzeigniſſe, was dy heimborgen und ganze gemeine zu *Alich* auff das apt-eſſenn, das ſy zu geben und auszurichtenn ſchuldigk ſind jherlich auff den Sontagk nach Margritta zu thun ſchuldigk ſind.

Item ſo der herr zu S. Peter auff das apt-eſſen ungefehrlich umb 8 oder halb neun gehenn *Alich* kompt, ſo kompt der herr erſtlich in ſeinn hauſſ odder ſtubbin, ſo kommen zu ihm die heimborgenn, empfahenn unnd bytten den hernn, das ehr nach althem gebrauch mit ihnenn in dy kyrchen gehenn wolte.

Der herr gehet midt ihnenn in dy kyrchenn, ſo gehenn dem hernn erſtlich nach ſeynne fratrus unnd dyner, darnach dy andernn hernn unnd junckernn, dy dorzu gebettin ſindt, midt ſampt den heimborginn kemmerer, altarleidenn und ganze geminn zu Alich. So gehet der herr in den oberſten ſtul in dem kor biſſ ſo lange dy gemiune auch in den kor vorſammlet werdenn.

So gehett der herr auff den ſtul und tritt vor denn althar und redet alſo: ir heimborgin und gantze gemeyne, wir habenn uns ingeſtalt nach alther gerechtigkeit und gewonheidt, und fragt erſtlich ob der pfarher auch habe dem ſchaff das evangelii gepredigedt und das ampt der heiligen meſſe gehaltinn habe &c.

Item ſo ſy dem hernn berichtunge gethann habinn, ſo rededt der herr weitter, kompt her ir althenn heimborginn, kemmerer und alther leudt undt oberandtwordt myr dy ſtabe, daſſ maſſ und die ſchloſſel zu der kyrchinn, und ſo ſy das überandtwortin, ſo emphehedt das der herr ides beſonder und leget eſſ nebinn ſich auf den althar.

Der herr redett weiter und ſagt zu der ganzinn gemeine, ihr menner, habinn auch dy althen heimborgenn recht und wohl regirdt, gethann dem armen wy dem reichen, desgleichen dem reichenn wy dem armen wol berichtet, das ſy das vor Godt dem almechtigen vorandtwortten kunden? So dy gemeine das dem herrn vorandtwort hadt,

ſo

Digitized by Google

ſo redett der herr weitter und ſagt, desgleichen auch die kemmerer haben dy rechte maſſ gegebenn und möglichenn auffſehenn gehabt, das eynem jdenn, ehr ſey arm odder reich, um ſeynenn pfennigk wordenn iſt, waſſ im gehörtt, und ob ſy auch ingegoſſen habenn undt alſo regirt, das ſy das vor Godt und vor der oberkeidt vorandtworttin mogtenn. So dem herrn antwordt gegebinn iſt, alsdan redet der herr und ſagt: habinn dan auch die altharleudt dy kyrchinn unnd anderen Gotheſſheuſſern wol vorgeſtandenn? dyſelbigenn in guther beſſerunge und in beulichenn weſenn gehaltenn und vorſorgt? denſelbigen ire geborrliche zinſe eyngenommen und oberandtwort und berechnet. Und ſo abermahl der herr von der gemeyne das alles berichtet iſt, ſo redett der herr alſo, nu aber, dyweil ich dan nu von nimandts keynem mangel hörre odder ſporre und arme und reiche guthe genuge habenn, ſo kompt her ihr neuwenn heimborgenn, kemmerer und althermenner, ſo dyſſelbigen vorgetrettenn ſind.

So nimpt der herr dy ſtabe von dem althar und gybt ſy den zweien heimborgenn, eynem jdenn 1. ſtab und ſagt alſo, ir heimborgen, da befele ich euch dy ſtabe und befele euch auch, das ihr recht regyren ſolledt, das ihr thut dem armen wi dem reichen, dem reichen wi dem armenn, auch ſoldt ihr arme wittwen und weiſenn vortheidigenn, wi ihr das vor Godt dem allmechtigen vorandtwortten wolthett und ſollett.

Desgleichen nimpt der herr das maſſ von dem althar, und gypt das den neuwen kemmerern und ſagt, da ihr kemmerer, befele euch das maſſ, und befele euch, das ihr ſolett mœglichen auffſehenn habenn in der gemeyne ſchenckſtadt, das eynem jden, er ſy arm odder reich, um ſeynenn pfennigk werde ſo vil im gehört, auch ſollet ir offt angiſſen und alſo regirn, wi ihr das vor Godt vorandtwortten wollet und ſollett.

Zum dritten nimpt der herr den ſchloſſel und gipt in den neuwen altherleutten und ſagt, ir altherleutt, da befehle ich euch denn ſchloſſell und befehle euch das ihr dy kyrchenn und andere Gothisheuſſer wol beſſert und in beulichem wiſen erhalten, Godt dem herenn zu lobe und zu ehrenn, auch das dem Godteshauſſe ihre zinſe einbrach und forder zu einer ganzen gemeyne nuze angewendt werden, wi ihr dan das vor Godt dem herenn vorandtwortten wollet und ſollett.

Wan das alles geſchehen iſt, ſo bitten dann dy heimborgen den herrn das ſeyn gnadte midt ihnen zu hauſe gehen woltte. Der ſagt ja, wir wolthens vor gudt annemen, und gehedt widder auff der kyrchenn in der heimborgen hauſſ, da dy malzeidt beſtalt iſt, wan dan der herr

 da

Digitized by Google

da hyn kompt, ſo magt ſich der herr eyn wenigk in denn garten umſehen odder nach ſeynem gefallen alſsbalt zu thiſche gehenn.

So dann der herr zu thiſche gegangen iſt, und im das eſſen vorgeſchaffen wirdt, ſo ſchneittet der herr von eynem ideu gericht eyn ſtuck, und in eyn ſonderlich becken, welches darnoch armen leutten um Gottes willen gegebenn wirdt.

So nu der herr dy mallzeidt gehalten hadt, ſo magk der herr nach dem eſſen eyne halbe ſtundt uber dem tiſche pauſirenn, alsdann ſtehet der herr auff midt den herren, die midt im zu tiſch geſeſſen ſindt undt gehet in eynen gartten eyne weile ſpatziren, darnach gehedt der herr in ſein hauſſ undt bittet die anderenn herren midt im zu eynem thrunck.

So nu der herr mit den andern herrenn in dy ſtubinn kompt, ſo mus der hoffmeiſter dem herrn zu ehren eyn gebrathes vorthragen, darnach, ſo kommen auch dy heimborgenn midt ihrenn weibernn und bringen zwei ſtibichen weins und zwei gericht zu eſſenn, darzu millich und napffkeſſe, da magk dan der herr eſſen und thrinkenn ſo lange ſeyne gnad gelipt iſt widerum heim zu zyhenn. Auch kommen zwei man von der gemeyne auſſ der ſchenke, bitten den herrn um eyne vorerunge, der her ſchenckt ihnen V. ſcheberger nach alter gewonheit und ſagt, ſy ſolten ſich fridlich haltten &c.

Dyſſ althe herkommene gerechtigkeit habe ich Jackoff Henne dyſſer zeidt kornmeiſter zu ehrenn meynem gnedigſtenn vatternn hernn hernn Kylian Voyel auff eyn nues vorzeignedt zugeſtalt mit einer wunſchenunge ſeyner gnade langen lebens &c. Anno Domini 1558 Sonnabends nach Kyliani. *)

C.

Dorothea abbatiſſa S. Cyriaci Erfurd. &c. vacantem vicariam b. Mariae virg. & S. Bartholomaei conferunt praepoſito ſuo Melchiori Müller d. 27 Aug. 1562.

Nos DOROTHEA Friderun, abbatiſſa, Vrſula *von der Sachſen* prioriſſa, Anna Hartungen procuratrix, totusque conventus cœnobii S. Cyriaci in *Erffordia* ordinis S. Benedicti Moguntinenſis diœceſis honorabili dom. Melchiori Müller clerico, dicti cœnobii noſtri præpoſito ſalutem in Domi-

*) Convivium hoc abbatiale, ſalva cœteroquin jurisdictione, deſiit ex mandato archiepiſcopi electoris Joannis Philippi anno MDCLXVI, undecima Junii dato.

Domino. Vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, nec non grata, quæ emonendis noſtris cenſibus noſtro cœnobio præſtatis obſequia, nos inducunt, ut vobis ad favorem reddamur liberales. Cum itaque vicaria ſeu capellaria ad altare b. Mariæ virginis & S. Bartholomei in noſtro parochiali eccleſia Andreæ Erffordiæ ſita, quam hactenus dom. Johannes Werneri obtinuit, & proxima die S. Bartholomæi ad manus noſtras ſponte reſignavit, ad præſens vacat, cujus collatio, proviſio & quævis alia diſpoſitio ad nos, incorporationis vicariæ prædictæ vigore nobis ac cœnobio noſtro factæ, prout in literis incorporationis deſuper confectis plenius continetur, pleno jure ſpectare ac pertinere dignoſcitur, prout ſpectat & pertinet; Nos volentes vos præmiſſorum meritorum veſtrorum intuitu favore proſequi gratioſo, vobis dictam vicariam[ſeu] capellariam, ſicut præmittitur, ſeu quovis alio modo vacantem cum omnibus & ſingulis juribus & pertinentiis ſuis, dicta auctoritate nobis conceſſa, conferimus & de eadem etiam providemus.. per præſentes &c. Datum & actum noſtro ſigillo ſub appenſo Erffordiæ in cœnobio noſtro. Anno a nativitate Dom. milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, viceſimo ſeptimo die menſis Auguſti.

C. a.

Inſtitutio Nicolai Müller ad vicariam S. Barbarae a monaſterio S. Cyriaci praeſentati d. 4 Sept. 1564.

werden, daſſ die herrn deſſ obgenantten capittels ſolten keine ſchultheiſen im gerichte zu Bibra hinder uns oder unſere amptleütten zu Ekerſperge zu ſetzen haben oder ſetzen, das zu vermeiden bekennen wir vor uns unſer erben und nachkommen mit dieſem brieff gegen allen gegenwertigen und zukünfftigen leütten, daſſ das mehr genantte capittel einen itzlichen ſchultheiſen zu Bibra zu ſetzen hat nach ſeinem beſten wenn und wie offt ihnen das ebene, und iſt nicht noth und auch nicht alſo herkommen daſſ ſolch ſetzen oder entſetzen mit unſerm, unſerer erben undt nachkommen oder unſer amptleüte zu Ekerſperge wiſſen, willen oder zuthun geſchehe, ſondern von gunſt der obgenantten herrn, darümb wir ſie undt ihre kirchen auch deſto förder wollen ſchützen, ſol ein ietzlicher ihr ſchultheiſſe, der von ihnen in gezithen geſatzt würdet, unſerm amptmann zu Ekerſperge zu unſer gerechtigkeit als obgenant iſt geloben undt nicht fürder zu thun verbündtlich ſeyn, doch unſchedlich den herrn des obgenannten capittels an allen ihren freyheiten oder privilegien, die ſie von unſern eltern, uns oder ſonſt haben, mit urkunde dieſes brieffes, der mit unſerm angehangenen inſiegel verſiegelt unndt gegeben iſt zu *Weymar* nach Chriſti geburth vierzehen hundert jahr, darnach in dem ein und dreiſſigſten jahr, am Dienſtage nach Viti martyris.

CXVI.

De permutandis inter ſe duabus praebendis eccleſiae Bibrac. & S. Severi Erſord. d. 8 Maj. 1330.

HENRICUS Dei gratia S. Maguntinenſis ſedis archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam archicancellarius, dilecto in Chriſto Johanni de *Gymbecke* canon. eccleſie S. Marie Erfordenſis, ſalutem iu Domino ſempiternam. Supplicarunt nobis Ludewicus canonicus prebende eccleſie Bibracenſis, cujus collatio ad prepoſitum eccleſie Bibracenſis predicte ſpectat, & Johannes de *Wymar* canonicus eccleſie S. Severi Erfordenſis, noſtre dioec. quod cum ipſi permutationem prebendarum ſuarum hujusmodi ad invicem fieri deſiderent, ut eam facere & admittere dignaremur, Nos itaque eorum ſupplicationibus inclinati, tibi permittimus & mandamus, quatenus ſi permutationem eandem procedere inveneris ex cauſis licitis & honeſtis, eamque expedire tam locis quam perſonis, facias vice noſtra alterum in alterius locum transferendo, ut is qui in uno loco minus fuerit utilis, in alio ſe valeat utilius exercere, adhibi-

tis

tis ad hoc ſolempnitatibus debitis & conſuetis, mandando & faciendo ipſis de fructibus, juribus & redditibus dictorum beneficiorum, prout ad ea translati fuerint, integre reſponderi, contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. Datum anno Domini MCCCXXX, VIII Idus Maji.

CXVII.

Confirmatio inſtitutionis decantationis annuae: Alma redemptoris mater d. 6 *Dec.* 1487.

BERTHOLDUS &c. ad futuram rei memoriam. Cum Deum in ſanctis ejus divina lex laudari præcipiat, eosque interceſſores rogari expediat, ullum profecto genus laudis excellentius, nec cujuſvis pro peccatoribus interventus ſalubrior, quam ubi Chriſti fideles ſacroſanctam virginem Mariam, humanæ ſalutis editricem, devotis, ſupplicibuſque preconiis implorant. Sane cum honorabilis devotus Nicolaus Kitzer, in jure licentiatus, commiſſarius & ſigillifer noſter nobis admodum dilectus, ſingulari devotionis zelo ac plurimorum Chriſti fidelium ſalute antiphonam *Alma redemptoris mater* in eccleſia collegiata in *Bibra terrae Thuringiae*, noſtræ dioeceſis, ſingulis diebus ſub principali miſſarum officio poſt ſacramenti euchariſtiæ elevationem decantari deſideret, concurrentibus in eadem devotione decano, cæteriſque prælatis, canonicis, & vicariis eccleſiæ prædictæ; unde fuit nobis pro parte Nicolai præfati humiliter ſupplicatum, ut dictam decantationem inſtituere, confirmare, præſentialibusque bonis Chriſti fideles allicere dignaremur, nos dignæ devotioni, pioque voto, ut tenemur, annuere cupientes & eo magis, quia laudi & gloriæ ſempiternæ divæque virginis matris noſtræ tota mente afficimur, igitur ut in dicta eccleſia collegiata ſingulis diebus ſub officio miſſæ principali poſt elevationem corporis dominici prælati, presbyteri & clerici dictam antiphonam *Alma redemptoris mater* devota ac decenti voce cantare, collectamque cum verſiculo correſpondente futuris perpetuis temporibus legere poſſint & debeant, tenore præſentium indulgemus, ſtatuimusque & ordinamus cœterum, ut tam clerici quam laici huic devotioni eo diligentius intendant, quo ſe ſentiant ſpiritualibus muneribus uberantius refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, apoſtolorumque Petri & Pauli ſanctique Martini patroni noſtri meritis confiſi, omnibus & ſingulis clericis dictam antipho-

nam devote pſallentibus, laicisque intereſſentibus, & ſepties ſalutationem angelicam devote dicentibus quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis in Domino totiens quotiens relaxamus. Datæ *Aſchaffenburgi* ſub ſigillo noſtro die ſexta menſis Decembris, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo.

CXVIII.

Confirmatio antiphonae: Salve Regina, in Bibra d. 28 *Mart. 1493.*

Bertholdus &c. ad perpetuam rei memoriam. Si ſanctorum merita, eorumque interceſſiones implorantibus fidelibus profutura credimus, nemini dubium id fore confidentius, dum ſacratiſſimam virginem Dei genitricem in advocationem impetrandæ veniæ ſupplicibus precibus oramus. Sane pro parte honorabilis devoti nobis dilecti Nicolai Kutzer, in eccleſia SS. Juſtini & Clementis in *Bibra* noſtræ diœceſis canonici, & in decretis licentiati, oblata petitio continebat, quod ipſe ſingulari devotionis ſtudio antiphonam *Salve Regina* meridie ſingulis diebus per totam quadrageſimam in dicta eccleſia in honorem Dei &glorioſiſſimæ virginis Mariæ decantandam fundaverit, & reditus pro ſtipendiis pſallentibus clericis ſolvendis donaverit atque deputaverit juxta formam in ordinatione ejusdem expreſſam, fuitque nobis pro parte Nicolai præfati humiliter ſupplicatum, ut dictam fundationem, erectionem & ſtipendii diſtributionem admittere, ratificare & confirmare dignaremur. Nos itaque pietati, ſalubrique ejus propoſito favorem impendere volentes, prædictam erectionem, decantationis fundationem, donationis & ſtipendii diſtributionem admittimus, ratificamus, authorizamus, atque tenore præſentium confirmamus. Ut autem Chriſti fideles decantationi prædictæ eo devotius intendant, atque interſint, quo ſe cœleſtis gratiæ cibo uberius ſentiant refectos, de omnipotentis Dei miſericordia atque interceſſione glorioſiſſimæ genitricis ejus prædictæ, ſanctique Martini patroni noſtri meritis confiſi, omnibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſti fidelibus dictæ decantationi devote intereſſentibus, vereque confeſſis & contritis, de injunctis eis pœnitentiis quadraginta dies indulgentiarum totiens quotiens in Domino miſericorditer relaxamus. Datæ apud arcem S. Martini in civitate noſtra Moguntina ſub ſecreto noſtro XXVIII Martii anno Domini MCCCCXC tertio.

CXVIII a.

CXVIII a.

Confirmatio fraternitatis in Bibra d. 12 Jan. 1527.

ALBERTUS &c. ad futuram rei memoriam &c. Cum dilecti nobis incolæ villæ *Bibra*, noſtræ Moguntinæ diœceſis, zelo fraternæ charitaris moti, ad laudem & honorem Dei omnipotentis, intemeratæ ac glorioſiſſimæ beatæ Mariæ virginis, nec non S. Sebaſtiani martyris nonnullas miſſas legendas eorundem ſumptibus ordinaverunt, ut conſequenter pro redemptione animarum omnium fidelium defunctorum & ſalute vivorum fraternitatem laudabilem erexerint, ad quam omnes utriusque ſexus Chriſti fideles reciperentur, admitterentur, & per plebanum ibidem pro tempore exiſtentem fideliter inſcriberentur, obſerventur, quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus . . . . . . prædictas gratioſe admittere, approbare, confirmare dignaremur. Nos igitur piis eorum ſupplicationibus inclinati prædictam fraternitatem modo præmiſſo erectam, ac miſſas celebrandas authoritate noſtra ordinaria admittimus, roboramus, ratificamus, & præſentium tenore confirmamus, diſtrictius inhibentes eisdem confratribus, ne ſtatuta, ordinationes ſive conſuetudines, divinæ aut humanæ legi noſtrisque & eccleſiæ noſtræ Moguntinæ juribus aut bonis moribus contrarias, quovis quæſito colore in dicta fraternitate concedant, introducant aut eis utantur, ſub omnipotentis Dei, noſtrûm, & ſucceſſorum noſtrorum indignatione & pœna graviſſima, quod ſecus attemptatum ſi fuerit aut præſumptum, ea & eas eo ipſo decernimus caſſas, irritas, & inanes, nulliusque exiſtere roboris vel momenti. Cœterum ut Chriſti fideles ad fraternitatem prædictam & divinorum officia devotius aſpirent, manusque eo promptius porrigant adjutrices, quo ſe cœleſtis dono gratiæ uberius conſpexerint refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, nec non SS. Martini, Mauritii & Stephani patronorum noſtrorum meritis & authoritate confiſi, omnibûs & ſingulis utriusque ſexus Chriſti fidelibus vere confeſſis & contritis, qui ad eandem fraternitatem confluxerint, ſe inſcribi fecerint, ac divinorum officiis, ut præmittitur, devote interfuerint, ſive quodcunque facultatum ſuarum ad eandem legaverint, manusque adjutrices porrexerint, totiens quotiens id fecerint, ratione cardinalatus noſtri centum, ex ſpeciali vero indulto apoſtolico centum, & noſtra authoritate ordinaria quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, noſtris tamen & eccleſiæ noſtræ Moguntinenſis juribus in præmiſſis ſemper ſalvis & illæſis manentibus. Datæ noſtro ſub ſigil-

Digitized by Google

lo die duodecima Januarii, anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo ſeptimo.

Documenta ad eccleſiam collegiatam in caſtro Vinarienſi ſpectantia, ex autographis.

CXIX.

Vetus rubrica: Ein alte bepſtlich bulle von der translacio der ſtiffte Bibra und Sultz kein Weymar d. 14 Jul. 1453.

Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio decano eccleſie beate Marie Erffordenſis Maguntine diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex ſuperne providentia maieſtatis Romanus pontifex in apoſtolice dignitatis ſpecula conſtitutus eccleſiarum quarumlibet, ſue cure commiſſarum, ſtatum & conditiones ac quid illis expediat, debita conſideratione perſtringens, de illarum ſtatu hujusmodi precipue cum illum in exitii detrimenta dilabi reppererit, ſalubriter diſponit & que circa hoc devotorum vota ad Dei laudem & gloriam pie depoſcunt digna exauditione proſequitur, prout pro divini cultus augmento & animarum exquirenda ſalute proſpexerit expedire. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Wilhelmi *duxis Saxonie, lantgravii Thuringie & marchionis Miſnenſis* nobis nuper exhibita petitio continebat quod in diſtrictu temporalis dicionis ſui lantgraviatus Thuringie *in ruralibus & campeſtribus locis, in quibus reſidere ſecurum non eſt, due eccleſie collegiate conſiſtunt, una videlicet SS. Juſti & Clementis in Bebra, & alia S. Johannis in Sultza*, Maguntine diœceſis, quarum ſtatus cum illarum canonicatus & prebende ac alia in eis inſtituta beneficia ſint valoris exigui, & pauci ex canonicis earundem eccleſiarum apud eas reſideant, fructusque canonicatuum & prebendarum ac beneficiorum hujusmodi diminuantur in dies, & eccleſie ipſe debitis deſtituantur obſequiis, in evidens exitium notabiliter tendit, & ſi earundem eccleſiarum collegia cum aliis in illis fundatis beneficiis ad aliquod inſigne oppidum muratum ſive caſtrum ducis transferrentur, ex hoc evidens ſuccederet incrementum divini cultus, augmentarentur prebendarum & beneficiorum hujusmodi fructus & ipſi canonici ac alii in ipſis eccleſiis beneficiati ſuis beneficiis laudabiliter deſervirent. Quare pro parte ejusdem ducis aſſerentis quod ipſe in eisdem augmentandis fructibus ſe velit pro ſue ſalute anime exhibere liberalem, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut predicta collegia cum

Digitized by Google

cum dictis beneficiis ac omnibus illorum honoribus, dignitatibus, preeminentiis, inſigniis ac privilegiis & immunitatibus, nec non in eisdem eccleſiis reconditis ſanctorum reliquiis ad aliquod vel aliqua ex oppidis & caſtris muratis dicti ducis ad eccleſias erectas vel erigendas inibi ad hoc accommodas transferri mandare de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui de premiſſis certam notitiam non habemus, hujusmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi, ſuper premiſſis & eorum circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujusmodi ea veritate ſubniti reppereris, &, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, id tibi expediens fore videbitur, prefata collegia de dictis eccleſiis cum omnibus in illis inſtitutis canonicatibus & prebendis ac dignitatibus perſonalibus, officiis & beneficiis, nec non honoribus, dignitatibus, preeminentiis, inſigniis, privilegiis, immunitatibus & reliquiis ſupra dictis ad alias erectas vel poſtquam rite erecte fuerint in aliquo vel aliquibus ex inſignibus oppidis vel caſtris hujusmodi & in dicta diœceſi eccleſias ad hoc accommodas, dummodo venerabilis fratris noſtri archiepiſcopi Maguntini ad hoc accedit aſſenſus, & dictus dux in hujusmodi augmentandis fructibus ſe liberalem exhibeat, ut prefertur, auctoritate noſtra transferre procures. Nos enim ſi translationem hujusmodi per te vigore preſentium fieri contigerit, dilectis filiis dictarum eccleſiarum, prepoſitis, decanis, capitulis, canonicis & perſonis, ut omnibus & ſingulis honoribus, libertatibus, immunitatibus, privilegiis & indulgentiis, quibus in dictis in *Bebra* & in *Sultza* eccleſiis quomodolibet potiuntur & gaudent, etiam in eisdem, ad quas transferentur eccleſie, uti & gaudere libere & licite poſſint, auctoritate apoſtolica tenore preſentium indulgemus, proviſo quod eccleſie predicte in *Bebra* & *Sultza* & illarum cimiteria ad prophanos uſus nullatenus redigantur, ſed in qualibet earumdem aliquis perpetuus beneficiatus remaneat, qui inibi deſerviat in divinis, & cui, ſi ſibi ſuper hoc decenter proviſum non fuerit, de dictarum eccleſiarum fructibus congrua portio reſervetur, de qua decenter vivere, epiſcopalia jura ſolvere & alia ſibi incumbentia onera congrue valeat ſupportare. Datum *Rome* apud S. Petrum, anno incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio pridie Idus Julii, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Jan de Rizonibus.

CXX.

Digitized by Google

CXX.

Einige cardinäle verleihen der kirche zu S. Martin auf dem ſchloſſe zu Weimar ablaſſ auf hundert tage den 29 Jun. 1464.

GUILIERMUS epiſcopus Oſtienſis, LATINUS titulo SS. Johannis & Pauli, ALANUS titulo ſancte Praxedis, PETRUS titulo S. Marci, RICHARDUS titulo S. Euſebii, JOHANNES titulo S. Priſce, JACOBUS titulo S. Anaſtaſie, NICOLAUS titulo S. Cecilie, LUDOVICUS titulo SS. Petri & Marcellini, presbyteri, & FRANCISCUS S. Euſtachii diaconus, miſeratione divina ſacroſancte Romane eccleſie cardinales, univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Glorioſus & excelſus Dominus, qui ſua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium de ipſius clementiſſima maieſtate ſperantium tunc precipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur ut eccleſia S. Martini ſita in *caſtro Wymarienſi* Maguntinenſis diœceſis congruis frequentetur honoribus, & a Chriſti fidelibus jugitur veneretur, ac in ſuis ſtructuris & edificiis debite reparetur, conſervetur & manuteneatur, libris, calicibus, luminaribus, aliisque ornamentis eccleſiaſticis decoretur & laudabiliter muniatur, in ea quoque cultus augmentetur divinus & ipſi Chriſti fideles eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem, & ad reparationem, conſervationem, augmentationem, aliaque premiſſa manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſti fidelibus vere penitentibus & confeſſis, qui in nativitatis & reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & preſentationis ac aſſumptionis glorioſe Dei genitricis virginis Marie, nec non dedicationis ejusdem eccleſie feſtivitatibus ipſam eccleſiam devote viſitaverint annuatim & ad reparationem, conſervationem, augmentationem, aliaque premiſſa manus porrexerint adjutrices, ut prefertur, nos cardinales prefati & quilibet videlicet noſtrum pro ſingulis feſtivitatibus prefatis, quibus id fecerint, centum dies de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus preſentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis, in quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes litteras fieri, noſtrorumque ſigillorum juſſimus & fecimus appenſionibus communiri. Datum *Rome* in domibus noſtris, anno a nativite Domini milleſimo quadringenteſimo

indictione

Digitized by Google

indictione duodecima, die vero viceſima nona menſis Junii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Pii divina providentia *pape ſecundi* anno ſexto.

CXXI.

Bulla confirmacionis horarum b. Marie virginis cum indulgentiis ſeptem annor. & totidem quadragenarum Pauli II. PP. pro eccleſia collegiata Wymar. d. 11 Nov. 1464.

Paulus epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis Chriſti fidelibus... Pro parte dilecti filii nobilis viri Wilhelmi *ducis Saxonie* nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe zelo devotionis accenſus in eccleſia S. Martini epiſcopi & confeſſoris *caſtri Wymarienſis* Maguntine diœceſis, quam in collegiatam erigi procurare intendit, ordinavit officium beate Marie virginis ſingulis canonicis horis diurnis atque nocturnis cum miſſis quotidianis per certos clericos, in nigris almuciis deſervientes, quibus certos redditus annuos aſſignavit, perpetuo celebrari, nec non omnibus & ſingulis feſtivis & dominicis diebus officia ipſa & miſſam conventualem etiam cum organis ſolemniter decantari, & ibidem per aliquem doctum predicatorem verbum Dei populo proponi. Nos igitur qui divinum cultum ubique augeri ſummis deſideriis affectamus, ordinationem ipſam ratam & gratam habentes, illamque auctoritate apoſtolica tenore preſentium confirmantes & approbantes, ac plenum robur obtinere & perpetuo obſervari decernentes, cupientesque ut dicta eccleſia congruis honoribus frequentetur, & ut ipſi fideles eo libentius ad illam devotionis cauſa confluant, ac ad illius conſervationem eo promptius manus adjutrices porrigant, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui eandem eccleſiam in annuntiationis & purificationis ejusdem beate Marie virginis feſtivitatibus devote viſitaverint, ac ad illius conſervationem manus porrexerint adjutrices, pro qualibet earundem feſtivitatum annuatim ſeptem annos & totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis miſericorditer relaxamus preſentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem quod ſi alias viſitantibus dictam eccleſiam aut ad illius conſervationem manus porrigentibus adjutrices ſeu aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum nondum elapſum tempus duratura per nos con-

 ceſſa

ceſſa fuerit, preſentes littere nullius ſint roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis, approbationis, conſtitutionem voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctum Marchum anno incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, tertio Idus Novembris, pontificatus noſtri anno primo.

C. de Mancinis.

CXXII.

Einige cardinäle ertheilen der ſchloſskirche S. Martins zu Weimar ablaſs von 100 tagen auf die feſte Himmelfahrt, Pfingſten, Mariä empfängnis und geburt, und des heil. Martini den 19 Decemb. 1464.

Alanus titulo S. Praxedis, Jacobus titulo S. Anaſtaſie, Bartholomeus titulo S. Clementis, presbyteri, Franciscus S. Euſtachii, & Franciscus S. Marie nove, diaconi, miſeratione divina ſacroſancte Romane eccleſie cardinales univerſis Chriſti fidelibus... Intelleximus quod illuſtris princeps dominus Wilhelmus *dux Saxonie, lantgravius Thuringie & marchio Miſſnenſis* ad exaltationem laudis omnipotentis Dei & ejus cultus augmentum in eccleſia S. Martini epiſcopi & confeſſoris ſita in ſuo *caſtro Wymarienſi*, Maguntinenſis diœceſis, ad ſingularem venerationem glorioſe beate Marie virginis officium ſeptem horarum dicte virginis tam diurnum quam nocturnum per certos miniſtros cum miſſis ſolemniter decantari, celebrari & obſervari perpetuo inſtituerit, nec non dictam eccleſiam ampliare intendat. Cupientes igitur, ut dicta eccleſia S. Martini prefate diœceſis congruis frequentetur honoribus, & a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, & in ſuis ſtructuris & edificiis debite reparetur, conſervetur & manuteneatur, libris, calicibus, luminaribus, aliisque ornamentis eccleſiaſticis decoretur, fulciatur & laudabiliter muniatur; in ea quoque cultus augmentetur divinus & ipſi fideles eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem & ad ejus reparationem, conſervationem, augmentationem, aliaque premiſſa manus promptius porrigant adjutrices... ſupplicationibus vero dilectiſſimi nobis in Chriſto illuſtris principis domini Vuihelmi *ducis Saxonie* prefati gratioſe ſuper hoc inclinati, de omnipotentis Dei miſericordia omnibus

Digitized by Google

nibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſti fidelibus vere penitentibus & confeſſis, qui in aſcenſionis & pentecoſtes Domini noſtri Jeſu Chriſti ac conceptionis & nativitatis beate Marie virginis, nec non beati Martini epiſcopi & confeſſoris ejusdem eccleſie patroni feſtivitatibus ipſam eccleſiam devote viſitaverint annuatim & ad reparationem, conſervationem & augmentationem, aliaque premiſſa manus porrexerint adjutrices, ut prefertur, nos cardinales prefati & quilibet videlicet noſtrûm pro ſingulis feſtivitatibus antedictis, quibus id fecerint, centum dies de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus preſentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes literas fieri, noſtrorumque ſigillorum juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum *Rome* in domibus noſtris anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, indictione duodecima, die vero decima nona menſis Decembris, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Pauli* divina providentia *pape ſecundi* anno primo.

CXXIIII.

Vidimus bullarum eccleſiae S. Martini in caſtro Wymarienſi conceſſarum per Adolffum Maguntinum archiep. d. 15 Oct. 1465.

ADOLFFUS Dei gracia S. Maguntine ſedis electus & confirmatus, ſacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius ac princeps elector, nec non ſancte apoſtolice ſedis legatus natus, univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Literas binas ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri dom. PAULI divina providentia pape ſec., ejus vera bulla plumbea in filis ſericeis rubri croteique coloris impendente bullatas, ſanas & integras, non viciatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione, ut prima apparebat facie, carentes, nobis pro parte illuſtris principis dom. WILHELMI *ducis Saxonie*, *lantgravii in Thuringia & marchionis Miſſenen.* amici noſtri cariſſimi, preſentatas, nos cum ea, qua decuit, reverentia recepiſſe noveritis hujusmodi ſub tenore: PAULUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Racioni congruit & convenit honeſtati, ut ea que de Romani pontificis gratia proceſſerunt, licet, ejus ſuperveniente obitu, litere apoſtolice deſuper confecte non fuerunt, ſuum conſequantur effectum. Dudum ſiqui-

Digitized by Google

dem per felicis recordationis PIUM papam II. predeceſſorem noſtrum, accepto quod dilectus filius nobilis vir WILHELMUS dux Saxonie in eccleſia S. Martini *caſtri Wymarienſis*, Maguntine diœceſis, ordinaverat officium beate Marie virginis ſingulis canonicis horis diurnis atque nocturnis per ceteros inibi miniſtros ſeu clericos, quibus nonnullos redditus aſſignavit, perpetuo celebrari & decantari, prefatus predeceſſor videlicet ſub data non. Junii, pontificatus ſui anno ſexto, ordinationem hujusmodi ratam & gratam habens, cupiensque ut ipſa eccleſia congruis honoribus frequentaretur &c. de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſus, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui prefatam eccleſiam in reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & aſſumptionis ejusdem beate Marie feſtivitatibus devote viſitarent annuatim, ac ad illius conſervacionem manus porrigerent adjutrices, pro ſingulis feſtivitatum earundem ſeptem annos & totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis miſericorditer relaxavit. Voluit autem idem predeceſſor, quod ſi alias viſitantibus dictam eccleſiam aut ad illius conſervationem manus porrigentibus adjutrices alique alie indulgentie, in perpetuum vel ad certum nondum elapſum tempus durature, per eum conceſſe forent litere ſuper hujusmodi conceſſionis gracia conficiende nullius eſſent roboris vel momenti, eisdem literis, ſi deſuper, ut prefertur, confecte forent perpetuis temporibus duraturis. Ne autem pro eo quod ſuper relaxacione & voluntate hujusmodi dicti predeceſſoris ſuperveniente obitu litere apoſtolice confecte non fuerint, de relaxacione & voluntate predictis valeat impoſterum quomodolibet heſitari, volumus & apoſtolica auctoritate decernimus, quod preſentes litere ad probandum plene relaxationem & voluntatem predictas ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Datum *Rome* apud S. Petrum anno incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, ſexto decimo Octobris, pontificatus noſtri anno primo.

PAULUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei &c. *) Poſt quarum quidem literarum apoſtolicarum preſentationem & receptionem nobis & per nos, ut premittitur, factas extirit nobis pro parte ejusdem principis domini WILHELMI ducis ſupplicatum, quatenus easdem literas acceptare & ratihabere, nec non ordinationem ipſam in prefatis literis apoſtolicis expreſſam, in ſubſidium auctoritate noſtra metropolica confirmare & approbare dignaremur. Nos igitur, qui ad ea que in divini cultus cedunt augmentum, cooperare ſummis deſideriis affectamus, literas apoſtolicas

*) Bulla haec ſupra n. CXXI inſerta comparet.

ſtas preinſertas, prout tenemur, acceptantes ac ordinacionem prefati domini Wilhelmi ducis in eisdem literis apoſtolicis expreſſam, ratam & gratam habentes, illamque in ſubſidium etiam auctoritate noſtra metropolica confirmamus & approbamus ac plenum robur obtinere & perpetuo obſervari decernimus. Et ut dicta eccleſia congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſti fideles eo libentius ad illam devotionis cauſa confluant, & promptiores ad illius conſervationem reddantur, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ac S. Martini patroni noſtri auctoritate & meritis confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui eandem eccleſiam in annunciationis, viſitationis, aſſumptionis beate Marie virginis feſtivitatibus viſitaverint ac ad illius conſervationem manus porrexerint adjutrices, pro qualibet earumdem feſtivitatum annuatim quadraginta dies de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus preſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio literarum. Datum *in civitate noſtra Maguntina* die quinta decima menſis Octobris, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto.

CXXIV.

Der Churmainziſche vicarius generalis confirmirt die einweihung der ſtiftskirche S. Martin auf dem ſchloſſe zu Weimar, und der darin befindlichen 6 altäre d. 24 Jul. 1468.

Nos frater Johannes Dei & apoſtolice ſedis gratia epiſcopus eccleſie Syronenſis, in pontificalibus reverendiſſimi in Chriſto patris & domini dom. Adolffi S. Maguntine ſedis archiepiſcopi vicarius generalis. Notum facimus univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, quod ſecundum formam ſancte matris eccleſie, cooperante nobis gratia ſpiritus ſancti, eccleſiam ſive collegium in caſtro *Wymar*, Maguntine diœceſis, in honore glorioſiſſime virginis Marie & S. Martini, in eademque eccleſia ſex altaria, *primum* ſcilicet *ſummum altare* in honore beatiſſime virginis Marie, S. Martini, S. Jacobi, S. Crucis, S. Oſwaldi, S. Sigismundi, S. Anthonii, S. Valentini, S. Georii, S. Sixti martyris, S. Katharine, S. Eliſabeth, nec non in honore feſti preſentationis glorioſiſſime virginis Marie in templo, S. Joachimi, S. Anne, S. Jacobi majoris, SS. Symonis & Jude apoſtolorum, S. Nicolai, S. Chriſtoferi, S.

Digitized by Google

Anshelmi & SS. Petri & Pauli apoſtolorum; ſecundum altare, quod dicitur *altare corporis Chriſti*, & in ſiniſtra parte poſitum, in honore corporis Chriſti, ſanctorum trium regum, Philippi & Jacobi, Chriſtoferi, Felicis & Aucti, S. Michaelis & omnium angelorum, S. Anne, S. Thome apoſtoli & S. Laurentii; tertium altare in dextra parte poſitum, quod dicitur *altare apoſtolorum*, in honore S. Jacobi majoris, Symonis & Jude, S. Andree, SS. Petri & Pauli, Johannis evangeliſte, Bartholomei, S. Thome & omnium apoſtolorum; quartum altare in ſiniſtra parte locatum, quod dicitur *altare beatorum martyrum*, in honore SS. Fabiani & Sebaſtiani, Eraſmi, Jodoci, Valentini, Oſwaldi, Vincentii, Humberti, Laurentii, Cyriaci & ſociorum ejus, & quatuordecim coadjutorum; quintum altare in dextra parte poſitum, quod dicitur *altare ſanctarum virginum*, in honore S. Katharine, Barbare, Margarete, Agathe, Dorothee, Agnetis, Otilie, Appollonie & Scholaſtice; ſextum quoque altare in ſuperiori parte eccleſie poſitum, vulgariter dictum der *Barkirchin* in honore viſitationis glorioſiſſime virg. Marie, S. Marie Magdalene, Suſanne, Chriſtoferi, decem milium martyrum, undecim milium virginum, S. Liborii, S. Meynolffi, Jeronimi, Auguſtini, Gregorii, Ambroſii & S. Johannis bapt conſecravimus & ordinavimus, cujus eccleſie ſive collegii, nec non altarium dedicationis die Dominica ante Margarete virg. & martyris ſingulis annis celebrari ſtatuimus. Unde etiam ad illuſtriſſimi principis & domini dom. Wilhelmi ducis Sax. lantgravii Thuringie &c. petitionem omnibus Chriſti fidelibus, confeſſis & contritis, qui miſſe & divinis in die dedicationis dicte eccleſie & dictorum altarium, nec non & in die ſingulorum patronorum interfuerint, orationesque ſuas ibidem devote dixerint, & manus ſuas adjutrices porrexerint, nec non & a quolibet altare in die dedicationis quadraginta dies indulgentiarum de injunctis ſibi penitentiis auctoritate apoſtolorum Petri & Pauli, S. Martini & noſtra in Domino confiſi miſericorditer relaxamus. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Dominica proxima Margarete virg. & martyris anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo.

CXXV.

Bericht und entſcheit der zcwytracht zwiſchen techand und capitel zcu Salcza eyns und den von Obirn-Dorla andern theils der translacien halbir &c. des ſtiffts von Dorla gein Salcza geſcheen d. 14 Maj. 1477.

Wir Diether &c. bekennen &c. fur uns, unſer nachkomen und

ſtieffte

ſtieffte als inn vergangen zitten unſer nachkome und nehſter vorfar ertzbiſchoff Adolff ſelige dem Got der almechtig barmhertzig ſin wolle, ein translation und zulaſſung getan hat, alſo das der ſtiefft, ſo lange zitt zu *Obern-Dorla* gelegen geweſt, inn lange verſchiener zitt durch einen unſern vorfarn daſelbs uffgerickt und fundirt worden, nu geyn *Saltza* komen und transferirt iſt, deshalbe dann ſindthere ſolcher translation zuſchen den erſamen unſern lieben andechtigen dechant und capittel nu des ſtieffts zu *Saltza* eyns, und unſern lieben getreuwen alterluden, heymburgen und gantzer gemeynden zu *Obern-Dorla* andern teyls vaſt gebrechen irrung, und zwitracht entſtanden, derhalbe ſie dann mit einander fur unſern vicarium in ſpiritualibus, ſie rechtlich darumb zu entſcheyden, komen ſindt, das wir bedacht haben ſolten ſie die dinge fur unſerm vicarien mit recht vollenfuren ſie von beyden teilen ſolichs nachdem und ſie ime wytt entſeſſen ſin, ane mergklichen koſten nit geenden mochten, und darumb ſo haben wir uff hut datum dieſſ briefs durch unſere geſchickten retthe die parthien beyde obgemelt gegen eynander verhoret, und aller irer gebrechen, irrung, zwitrecht, ſie ſolicher translation halber zu einander gehapt han, mit ire beyder teile wiſſen und willen vereynigt, verricht und entſcheyden, inmaſſen nachgeſchrieben ſtehet. Zum erſten ſprechen und wollen wir das beyde parthye obgemelt die ordinacion ſo am lezſten durch die dry commiſſarien der translacien alihie zu *Erffurt* in den dingen gemacht und mit dryen anhangenden inſiegeln verſiegelt, auch iglicher parthy eyne ubergeben worden iſt, zu ewigen tagen unverbrochlich halten und die auch mit nicht krencken ſollen. Item dwil die gedachten dechant und capittel nu geyn *Saltza* transferiret ſint, und ſich der kirchen zu *Dorla* geuſſert haben, ſo ſprechen und wollen wir das ſie ſich auch des crutzgangs und aller kamer an der kirchen zu Dorla *uſſern*, und den auch alle ſchluſſel darzu zu den gewelben, keller und dem ſtock by unſer frawen altar gentzlich zu handen der alterlude und gemeynden daſelbs ſich des und aller kamern daruff oben und unden zu nutze und uffhaltung, auch zu bewonnen des glockeners derſelben kirchen czu gebruchen, ſtellen und ubergeben ſollen. Doch ſo ſollen dieſelben alterluthe, heymburgen und gemeynden den gedachten dechant und capittel, auch allen iren nachkomen eyns yeden jares, ein kornhuſſ und boden uff dem crutzgangk zu irem geſynnen, und ſo ſie des bedorffende ſin und werden, ſonder myde und ane zynſe lyhen zu iren fruchten zu gepruchen, ſo lange bieſſ ſie ire frucht geyn *Saltza* furen mogen odir konnen, alles ane geverde. Item und darzu ſo ſprechen und wollen

wir

Digitized by Google

wir, das dieſelben dechant und capitel den genanten alterluten und gemeynden noch ein geſchock geltes uff Bernltheyſen und ſinen erben zu biſchoffs guttern beweiſen ſollen, das dan nü furter ewiglich zu dem buwe der mehe gedachten kirchen gefallen und gehantrecht werden ſolle. Item mere ſo ſollen dieſelben dechant und capittel noch ein ungeverlich gutt meſſebuch und eyn zimlichen gutten kelich geyn *Dorla* geben, alles unverzoglich und ungeverlich. Und heruff ſollen beyde parthy ſolicher translation halber und was ſich deshalp zuſchen ine forderung, irrung und zwitrecht begeben han, allerdinge nichts uſſgenomen gentzlich gericht, geſlicht und geſunet ſin, und ſolle hinfur keyn parthye uber ſolichs deshalb zu der andern eyncherley mer zu fordern haben, und ob ire eynche parthye oder ſie beyde ſolichs odir auch die vorgerurten ordination uberfarn wurden, ſo behalten wir uns, unſern nachkomen und ſtifft ſie nach inhalt der pene darinn begrieffen zu ſtraffen. Wir bedingen unns, unſern nachkomen und ſtiefft auch herinn uff alles das uns zu ſolicher kirchen gerechtigkeit zu *Dorla* zu ſteende iſt ſonder geverde. By diſem entſcheyde ſindt geweſen von des ſtiffts wegen die erſamen unſere liben andechtigen Henrich *Dopelſtein* dechant und Conradus Udonis ſchulmeiſter zcu *Saltza*, und von der von *Dorla* wegen Herman Ilſing und Gunther Heylslunig, alterlude, Henricus Trutman, Hans Muller itzunt vormunder, Hans Rouelge heymburg, Hans Rorenart, Heinrich Heylswing, Hans Cappus und Friederich Kefernhuſen, die von beyder parthyen gemechtigt geweſt ſint. Unnd des zu urkunde ſo haben wir dieſer vertrege zwene glich lutende gemacht, und iglicher parthien eynen unter unſerm anhangenden inngeſigel ubergeben inn unſer ſtadt *Erfurt* am Mitwochen nach dem Sontag Vocem Jocunditatis, anno Domini MCCCCLXXVII.

CXXVI.

Legati apoſt. confirmatio translationis capitulorum Biberac. & Salzenſis in eccleſiam S. Martini caſtri Wimar. d. 9 Jul. 1484.

BARTHOLOMEVS *de Maraſchis*, epiſcopus civitatis Caſtelli, ad Almanniam ac univerſis & ſingulas provincias, civitates, terras & loca Germanie, ſacro Romano imperio illiusque electoribus ſubjecta, apoſtolice ſedis cum plena poteſtate legati de latere nuntius & orator &c. Dudum ſiquidem pro parte dilectorum nobis in Chriſto nobilium virorum, ERNESTI *ſacri Romani imperii principis electoris*, ac ALBERTI

ejus

ejus germani, *ducum Saxonie*, ſanctiſſimo in Chriſto patri & domino noſtro dom. SIXTO divina providentia *papae IV* expoſitum, quod SS. Juſti & Clementis in *Bibra*, ac S. Petri in *Sulza* collegiate eccleſie Maguntinenſis diœceſis, que in loco, eorum temporali dominio ſubjecto, conſtitute exiſtunt, & propter guerras & alios ſiniſtros eventus ad deſolationem fere & ruinam devenerunt, ita quod canonici & alii inibi beneficiati in eisdem reſidere, illisque in divinis deſervire nequeant, quodque ipſi duces dictas eccleſias in oppidum eorum Wimarienſe dicte diœceſis reduci deſiderabant, & eccleſie ſeu capelle beate Marie in caſtro dicti oppidi uniri, & in unam collegiatam eccleſiam cum canonicatibus & prebendis ac dignitatibus & aliis officiis ac beneficiis eccleſiaſticis erigi; nec non eidem ſanctiſſimo domino noſtro pro parte eorundem ducum ſumma cum inſtantia ſupplicatum, ut dictas eccleſias SS. Juſti & Clementis ac S. Petri, in prefatum oppidum transferre, & eidem eccleſie ſeu capelle beate Marie unire, annectere & incorporare, ipſasque & earum alteram ſuppreſſis inibi dignitatibus, canonicatibus & prebendis, ac aliis beneficiis eccleſiaſticis, in unam *collegiatam eccleſiam* erigere, nec non ibi ex illarum fructibus, redditibus & proventibus dignitates ac canonicatus & prebendas, ceteraque beneficia eccleſiaſtica ad certum numerum, cum privilegiis, honoribus, inſigniis & preeminentiis collegialibus inſtituere & creare, aliaque circa premiſſa oportuna facere de benignitate apoſtolica dignaretur, prefatus ſanctiſſimus dominus noſter cupiens ipſorum ducum honeſtis votis annuere, nobis, quem tunc ad Germaniam & Almanniam, nonnullasque alias partes duxerat deſtinandum, per quasdam ſuas litteras in forma brevis dedit in mandatis, ut cum nos in dicta diœceſi conſtitueremus, de premiſſis ac eorum circumſtantiis omnibus apoſtolica auctoritate nos diligenter informaremus, & ſi ita nobis ſecundum Deum pro eccleſiaſticorum locorum conſervatione & augmento, fideliumque devotione fiendum videretur, dictas SS. Juſti & Clementis ac S. Petri eccleſias in prefatum oppidum transferremus, & illas eidem eccleſie ſeu capelle beate Marie uniremus, annecteremus, & incorporaremus, ipſasque & earum alteram ſuppreſſis inibi dignitatibus, canonicatibus & prebendis, ac aliis beneficiis eccleſiaſticis in unam collegiatam eccleſiam erigeremus, prout plenius continetur in dictis litteris, quarum tenor ſequitur & eſt talis:

SIXTUS papa IV venerabili fratri BARTOLOMEO, epiſcopo civitatis Caſtelli, ad Germanie & Almannie, nonnullaſque alias partes cum poteſtate legati de latere nuntio & oratori noſtro &c. Fecerunt nobis exponi dilecti filii nobiles viri ERNESTUS ſacri Romani imperii princeps elec-

 ctor,

Digitized by Google

ctor, & Albertus ejus germanus, duces Saxonie, quod in diœceſi Moguntina, loco temporali ditioni eorum ſubjecto, ſunt duo collegiate eccleſie, altera ſub SS. Juſti & Clementis in *Bibra*, altera vero ſub S. Petri in *Sulza* vocabulis, que propter guerras & alios ſiniſtros eventus ad deſolationem fere & ruinam venerunt, ita quod canonici & alii inibi beneficiati in eisdem reſidere, illisque in divinis deſervire nequeant, quodque ipſi duces deſiderant dictas eccleſias in oppidum eorum *Wymarienſe* dicte diœceſis reduci, & eccleſie ſeu capelle beate Marie in caſtro dicti oppidi uniri, & in unam collegiatam eccleſiam cum canonicatibus & prebendis ac dignitatibus & aliis beneficiis eccleſiaſticis erigi, ſuper quo cum nobis de licentia oportuna ſupplicaverint, nos qui dictos duces ob eorum erga nos & ſedem apoſtolicam reverentiam & devotionem paterne diligimus, & eorum honeſtis votis annuere cupimus, ſupplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tue, quam nunc ad Germaniam & Almanniam, nonnullasque alias partes deſtinamus, & de cujus probitate, induſtria atque prudentia ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, harum ſerie committimus & mandamus, ut poſtquam te ad dictam diœceſin Moguntinam contuleris, per te vel alium ſeu alios vocatis earundem eccleſiarum SS. Juſti & Clementis ac S. Petri capitulis & aliis, qui fuerint evocandi, de ſtatu dictarum eccleſiarum, & de preſentis negotii qualitate te diligenter informes, & ſi ita tibi ſecundum Deum pro eccleſiaſticorum locorum conſervatione & augmento fideliumque devotione fiendum videbitur, dictas eccleſias in preſatum oppidum transferendi, & eidem eccleſie ſeu capelle b. Marie auctoritate noſtra uniendi, annectendi & incorporandi, ipſasque & illarum alteram ſuppreſſis inibi dignitatibas, canonicatibus & prebendis, ac aliis beneficiis eccleſiaſticis, in unam collegiatam erigendi, nec non ibi ex illarum fructibus, redditibus & proventibus dignitates ac canonicatus & prebendas, ceteraque beneficia eccleſiaſtica ad numerum, de quo prudentie tue videbitur, cum privilegiis, honoribus, inſigniis & preeminentiis collegialibus inſtituendi & creandi, aliaque omnia in premiſſis & circa premiſſa neceſſaria & opportuna faciendi liberam tibi earumdem tenore preſentium apoſtolica auctoritate concedimus facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ceterisque contrariis quibuſcunque. Datum *Rome* apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XII Junii MCCCCLXXXIII, pontificatus noſtri anno duodecimo.

Et deinde cum nos in dicta diœceſi & in locis, in quibus dicte SS. Juſti & Clementis ac S. Petri eccleſie conſtitute ſunt, veniſſemus, vocatis earundem eccleſiarum capitulis & aliis qui fuerant evocandi, de ſtatu SS. Juſti & Clementis ac S. Petri eccleſiarum & negotii hujusmodi

qua-

Digitized by Google

qualitate nos diligenter informavimus, & quia ex noſtra diligenti examinatione & informatione hujusmodi ſupplicationes dictorum ducum honeſtas fore, & illas pro eccleſiaſticorum locorum conſervatione & augmento, fideliumque devotione cedere invenimus, nos qui etiam ejusdem ſedis omnimoda poteſtate legati de latere fungimur & auctoritate, volentes mandatum apoſtolicum exequi, ut tenemur, ad honorem omnipotentis Dei, patris & filii & ſpiritus ſancti, beateque ſemper virginis Marie, ac S. Martini, ſub quorum dicta eccleſia ſeu capella b. Marie, ac SS. Juſti & Clementis ac S. Petri, ſub quorum ipſe vocabulis fundate eſſe dinoſcuntur, nec non divini cultus augmentum, prefatam eccleſiam ſeu capellam b. Marie in collegiatam eccleſiam, facultatis nobis per dictas litteras conceſſe vigore, auctoritate apoſtolica preſentium tenore erigimus, ac ipſam eccleſiam ſive capellam b. Marie collegiate eccleſie dignitatis, honoris & decoris titulis dicta auctoritate decoramus, & etiam inſignimus, nec non in prefatis SS. Juſti & Clementis, ac S. Petri eccleſiis dignitates & officia, ceteraque beneficia eccleſiaſtica ac canonicatus & prebendas eadem auctoritate ſupprimimus, & easdem eccleſias cum earum dignitatibus, officiis, canonicatibus & prebendis ac aliis beneficiis hujusmodi ad dictam per nos erectam eccleſiam b. Marie transferimus, nec non eidem fructus, redditus & proventus dictarum SS. Juſti & Clementis ac S Petri eccleſiarum appropriamus & aſſignamus per preſentes; & nichilominus quia ob varia & ardua negotia prefati ſanctiſſimi domini noſtri & dicte ſedis impediti, nequimus commiſſum nobis per dictas litteras onus hujusmodi plenarie exequi, venerabilibus nobis in Chriſto *Miſznenſi & Merſzburgenſi epiſcopis* per hec ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel alter eorum per ſe vel alium ſeu alios ſuper a..is in dictis litteris contentis ad executionem debitam dicta auctoritate procedant, & prefatam erectam eccleſiam ſalutaribus & honeſtis ac decentibus ſtatutis, que ipſius eccleſie ſtatui & decentie, divinique cultus in eadem augmento, nec non perſonis ipſius pro more & vite honeſtate utilia atque accommoda fore conſpexerint, inſigniant ac decentem numerum dignitatum & officiorum, nec non canonicatuum & prebendarum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum ibidem inſtituant, & canonicis & aliis in eadem erecta eccleſia dignitates & officia obtinentibus, quod capitulum & ſtatuta condere ac in communi ſigillum & archam, ceteraque collegiate eccleſie inſignia ad inſtar aliarum collegiatarum eccleſiarum illarum partium habere valeant, ſtatuant pariter & ordinent, ac quevis alia juxta dictarum litterarum continentiam atque formam in premiſſis oportuna, prout eorum providentie viſum fuerit expedire, exequi & peragere procurent, jure tamen alieno omnibus

 ſem-

Digitized by Google

ſemper ſalvo, & inſuper ſi prefati epiſcopi repperirent, quod poſſeſſiones & bona dictarum eccleſiarum SS. Juſti & Clementis ac S. Petri a dicta eccleſia nimium diſtarent, & illius perſonis minus commoda forent, eiſdem epiſcopis ut illa cum quibuſvis perſonis, cum quibus dicte erecte eccleſie conditionem poſſint efficere meliorem, ſuper quibus eorum conſcientias oneramus, permutare, aut alias vendere & alienare valeant, prelibata auctoritate licentiam concedimus, ita tamen quod pretia que ex hujusmodi venditionibus & alienationibus, ſi illas fieri contigerit, proveniant, in aliis poſſeſſionibus ſeu bonis immobilibus, ipſi erecte magis utilibus, abſque diminutione quantocius convertantur. Porro volumus quod propter SS. Juſti & Clementis & S. Petri eccleſiarum predictarum translationem hujusmodi ipſe propterea debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis nullatenus negligatur, ſed quelibet earundem per bonum & ſufficientem vicarium ſeu vicarios, cui ſeu quibus de ipſarum proventibus neceſſaria congrue miniſtrentur, ex quibus epiſcopalia jura ſolvere, & alia eis incumbentia onera commode ſupportare valeant, regatur, & illarum animarum cura diligenter exerceatur & deſerviatur inibi laudabiliter in divinis. In quorum fidem preſentes litteras fieri fecimus & noſtri ſigilli appenſione communiri. Datum in *caſtro oppidi Wymarienſis* Maguntine diœceſis, anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto, ſeptimo Idus Julii, pontificatus prefati ſanctiſſimi Domini noſtri anno tertio decimo.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google